

11

Kupi. po † X. Knap[illegible]

N. Inw. 6241

A C T A

PROVINCIÆ LITVANÆ

Ords Canonz Regularz S. MARIÆ
Demetri de Vrbe de Poenite BB: Martyrum.
Sub Clementiſsima Protectione
EMINTISSIMI PRINCIPIS CELSISSIMI
ET REVERENDmi DOMINI.
D. MICHAELIS S.R.E. CARDINALIS
RADZIEIOWSKI.
Archiepiſcopi Gneznens, Legati Nati Regni
Poloniæ, & M.D.L. Primatis, Primiq; Principis.
Ords Nostri, in Capitulo Nostro Gnali Louiciensi
Amo Commiſsarij Apostolici Delegati;
Deinde in eodem Capitulo implorati.
PRÆPOSITI GENERALIS.

PER

Adm R. Prem Siluestrium Conceſsum Rodkiewicz
Vicarium Ords Gnalem, prout ea, quæ ad Ordinis
Bonum fiebant conscripta, Ab Anno Dni 1694to
vsq; ad Annum Dni 1696tum.

CONVENTUS VILNENSIS

IN NOMINE DOMINI AMEN

Ano Dni 1693 die Martis quae fuit 14 May.

ACTUM in Conventu [illegible] Rndissimus Dnus Silvester Concessus Rodkiewicz Ord. nri Canonicorum Regular. de Poenitentia BB. MM. Commissarius Generalis nec non Praepositus Trzcianen. descendens Primo ad Conventum Vilnen. ut pote in Provincia Lituana Ord. Sui Insigniorem, Celebravit Missam de Sancto Spiritu pro Necessitatibus Ord. ac Grad. dicti Conventus ad Visitationem Suam rite et ad Gloriam Omnipotentis DEI tum etiam et incrementa Sacri Ordinis peragendam requisitis, ad pulsum Campanae solitae, convocavit Pres et Fres ad Commune Refectorium, Ubi iuxta praescriptum Eminentissimi Principis Celsissimi ac Illmi Dni Dni Michaelis S. R. E. tituli Sctae MARIAE de Pace Presbyteri Cardinalis Radziejowski Archiepi Gnesnen. Legati Nati, Regni Poloniae et M. D. L. Primatis Primique Principis Dni nri Clementissimi Mandatum, tum etiam Const. ord. Sancita Dist. 2 cap. 10 [illegible] dicto Hymno Veni Creator etc. ceterisque de more Ceremoniis orationibus atque Ceremoniis Legi curavit Instrumentum, clara atque Intelligibili voce per me Ferdinandum Bartoszewski Secretarium Suum tum etiam facultates a [illegible] libato Eminentissimo Principe totius Ord. nri Conservatore ac Protectore Clementissimo sibi Concessas et delegatas post quam Publicationem habuit Sermonem ad Fres Spiritualem cuius tenor sequitur. SERMO

Immutabile illud Fratres Charissimi quod aeterna Veritas firmissimo dixit atque Sanavit oraculo, Nihil est occultum quod non revelet ut ignotum quod non sciat. De tenebris quippe in lucem editi sumus, quicunque in orbem, oculis atque luminibus praediti nati extitimus. Non fugimus conspectus positi in Theatro, sed in Vigilantissimos incidimus, etiam tunc quando conspici metuimus. Istud debilissimae existimationis genuinum figmentum, interdum ab alys non videri, cum latere quaerimus, sed videmur Omnino etiam ab alys a quibus videri non arbitramur. Sine [illegible]

2

tertum

tutum Choragia dicimus, sive Vitijs cingimur, in oculis Solis omnino versamur; Athomi in radijs Meridiani etiamsi exigui conspiciuntur; Opera Mortalium etiamsi tenuissima sint, cognita perspectaque habentur. Nox tenebrarum abyssus, non eos sed quieti deditos vult esse homines, siquidem illa non eruit sed demulcet oculos. Pallium eius triste atque nubilum quamvis pulchritudinem Universi involvat, Motus nihilominus abscondere neq[illegible] enim quidquid palpitat etiam obscurissimo tectum. Porro plures ad [illegible]ani, etiam tunc quando Maximus luminum Pater abijt recessit conspecti: qua[illegible]e nocte, in crastina luce producti orbique palam facti, in ora digitosque venerunt. Aures, linguae, fama, et calami, Vitae humanae sive in obsequium ut famulentur, sive in tormentum ut insidientur a Primo rerum Mundi Authore ordinata sunt. In speluncis, in silvis, in claustris, in Dumetis latentes; Videntes, loquentes audientes, scribentesque de nobis minime effugimus: dextre ne an sinistre munus suum absolvant, dum de Virtutibus ac Vitijs Iudicant, de moribus nostris, incessu, statu, habitu, centum buccis concrepant non quaerunt ij qui Diogenem in Dolio, Nazianzenum in praeruptis, Franciscum in Tuguriolo, Athanasium in exilio, et Augustinum in Eremo indagarunt inveniendumque statuerunt. Verum ut ad munus et officium praesens meum clarius loquar, S. Patris Augustini textum in Medulla Regulae nostrae scriptum, mancipatum illi Memoriae meae in robur et argumentum solidius atque efficacius revoco dicentis, Sed etsi lateat ut a nemine hominum videatur, quid faciet de illo desuper Inspectore quem latere nemo potest? Dei enim videntis et scientis, plus quam Solis plena sunt omnia. in angulis, in antris, in tenebris et meridie, mane et vespere, in caelo, infra caelum, in terra subtus terram, arguis hic centoculus praesentissimus adest ut non solum opera, sed etiam corda, clare atque distincte conspiciat. Hoc ubique expertus Regius Vates, quoquo se vertit, in Manus Omnipotentis incidisse ore pallido atque tremente dixit, quo ibo a spiritu tuo, et quo a facie tua fugiam? Si ascendero in caelum tu illic es, si descendero in Infernum ades, si sumpsero pennas meas diluculo, et habitavero in extremis maris, etenim illuc manus tua deducet me et tenebit me dextera tua. Apostolus Deum Immensitatem omnia in se existentia, viventia, mota atque mobilia continentem nominat, In ipso vivimus, movemur, et sumus. Magnus Pater Augustinus Deum nostrum oculum, quia omnia semper et ubique videt, Manum quae omnia attingit, et pedem qui omnes comitatur omnibus actionibus nostris semper et ubique praesens assistit, iusto vocabulo nominat. Denique idem lib. 7 Confessionum cap. 7 praesentem summi Tonantis vultum, toti hoc Universo plus quam radios Solis nitidissimam Cristallum penetrando implentes, immensum agnoscit. Constituebam in conspectu spiritus mei Universam creaturam, et feci unam massam grandem, distinctam generibus, sane finitam; te autem Domine ex omni parte ambientem eam et penetrantem, sed usquequaque infinitum, tanquam si mare esset ubique et undique, et per immensa spatia, et haberet intra se

Spongiam quamlibet magnam sed finitam, sic creaturam tuam finitam, te infinito plenam putabam et dicebam: Ecce Deus, et ecce quae creavit Deus, et ecce quomodo ambit et implet ea. Ergo Fratres mei Charissimi, cum Omnia Mundi oculis sint subiecta, Non est novum quod Eminentissimus, Celsissimus, Illustrissimus, et Reverendissimus Princeps meus, Dnus Dnus Omnium Nostri Clementissimus, Ecclesiae Christi pupilla, Patriae huius Oculum et medulla, pusilli coetus Nostri splendor, scutum, et antemurale Venerit hodie Vobis oculis ad Videndum, et manus ad palpandum. Sed hoc enim indignus Eminentissimi et Rmi Celsitudinis Suae Commissarius, ad Vos descendi, Vt Viderem et attingerem Opera Vestra bona, et glorificarem Patrem Vestrum qui est in coelis. Iam enim Prior Omnipotens ille Videns atque Vigil, qui sacratissimus hisce diebus in Igne et Spiritu Veniens Corda Vestra implendo Visitavit, Vidit flammas, et nives, Vidit bona et mala, Vidit merita et culpas, divisitque lucem a tenebris. Conspexistis Mutuo Invicem Vestri Custodes ~~[illegible]~~ Opera Vestra, facti fraternae conversationis testes. Nota Vobis ad Unam Ecclesiam pro laudibus cantandis Deo Optimo Maximo convenientibus Uniuscuiusque devotio, perspecta his filiis pulcherrimis candidi animi illibata Integritas, cognita plumae exiguae, ad Vehementis Euri Impetus expositae obedientis animulae, obedientiae promptitudo, clara paupercula Xi Nihil habendi spontanea Vis atque egestas, pie Viventibus tritae sunt pietatis semitae, de die in diem sive proficientibus, sive proficere animo indefesso contendentibus, Notae perfectionum Viae, Mundum aspernantibus quam foetida sit haec misera salus, Coelum animo incolentibus, quam pulchrum sit Deum pro delicio cordis diu Noctuque habentibus, quam bonum sit confiteri Domino, et psallere Nomini Sancto eius, belle compertum atque Visitatum est. Qui ergo quibus operibus fessas Vires suas, in Communi refectorio Vobiscum reficiunt, scitis; qui digne, qui Indigne panem lacrymarum, peccata populorum, oblationes et Eleemosynas Christi fidelium comedunt ex Vobis, scitis: bonos et malos Fres scitis, et Vias eorum Scitis. Veni Igitur a Vestra scientia, de Vestra pietate discere, a Vestris oculis Vestrae Sanctitatis [illegible] evadere. Sed Utinam tam Vos sanctos reperiam ut non Vituperetur ministerium Vestrum. Utinam tam felix sit Intuitus meus Ut non trabem non festucam, sed omne bonum Videam in oculis Vestris ab Innocentissimo Eminentissimi Celsissimi Illmi ac Rmi Principis mei Agno ego quoque Mitior, Candorem Vestrum spero, et intendo. Et licet ~~[illegible]~~ praemia bonos, poenae sequantur Malos, ego tamen sicut de profectu Vestro securus, ita palmas et serta Virtutum Vestrarum coronamenta, praeparo atque arripio. Et quamvis Visa Videre Veni, tamen Videre, audire, palpare opera Vestra dextre et non sinistre, quia secundum praescriptum Regulae et Constitutionum S. Ordinis intendo. Certi de rectitudine mea, qui in hoc loco summitatem [illegible] Nostri occupans, totis artubus contremisco, quod Vestri Muneris est, recte atque laudabiliter [illegible] te. Exuite odia, si quae (quod absit) hisce temporibus Sobrii amoris, in pectoribus Vestris inclusa habuistis, Ut non ex malitia in Fratrem aliquem consurgatis, sed amore Dei et salutis animae eius ducti, si quid in ipso emendandum sit, Nobis qui Patris et Medici vices implentibus, deferatis, delatumque probetis. Non enim accusatores sed Delatores Fratrum [illegible] tuendos censuimus; Quare hic Nobis Cordi futurus, qui delaturus aliquem defectum Fratris hoc intenderit, ut ex emendatione eius Deo cordis vestri gloria, et ipso reddito meliori salus animae per pietatis Religiosae reparatum studium consurgat et sequatur. Deponite amorem, qui saluti sive propriae sive Fratris vestri exitialis esset. Hoc enim monuit S. P. Augustinus in Regula, quia perfectissimus, dum Frater tuus vulnus occultum habet in pectore, quod vellet occultari, dum timet secari, nonne crudeliter a te sileretur et misericorditer indicaretur? Perstringat corda vestra crudelitati tantae adiunctum tonitru atq; fulmen, pie sententis cuiusdam, quod Maledicta sit illa amicitia, propter quam omittitur imperata obedientia. Ita enim dum non amaveris, salvus eris, dum non obedieris, ad interitum properabis. Praescindite timorem, sive quemcunque personas abdicante respectum, qui vos vera, quae sunt, dicere tentaret prohibere. Perfecta charitas foras pellit timorem, et vos quidquid ex charitate deponetis, totum firmum atq; securum sperate. Ego sigillo secreti ligatus, et amore boni omnium vestrum vinctus, Notariusq; meus super fidelitatem et secretum servandum sacramento Iuramenti adstrictus, iam vero ex iis, quibus manifestatio ignotae culpae salutem, perpetuam et pacem, quas vobis non gratias in corde suo immolabit. quis enim non diligit Benefactorem suum, quis ingratus vindictae mancipatur? sed etsi monstrum hoc naturae, ab illo Inferni Dracone instructum, contra bonitatem vestram malitias suas Hydrae venenosas exsereret, quis vestrum trepidabit ad occursum eius, pro quibus stat fortis ut Leo Eminentissimus Princeps meus. Sancti igitur et iusti Fratres mei, ita praeparate corda vestra ad iustitiam et sanctitatem, ut Deo Optimo Maximo in odorem suavitatis Eminentissimo Principi Celsissimo Illmo et Rndmo Dno Dno Michaeli S. R. E. Cardinali Radzieiowski Archi Epo Gnesnensi Legato nato, Regni Poloniae et M. D. L. Primati Primoq; Principi totius ordinis nostri Protectori et Conservatori nostro Clementissimo a vobis praesentati gratissima solatia afferre valeatis. Ego vero ut propositum atq; libens vestris suffragiis iniunctum mihi munus eo feliciter, quo fas, aliquando adimpleam, dum locum in Sacro Ordine Vestro Filiorum Matris huius minimus atq; vilissimus Fratrum possideo, ad praestandam mihi obedientiam omnes et singulos invito, sicq; vos me in exhibitione reverentiali tantae authoritati debitae agnoscetis Patrem vestrum, Ego me fatebor atq; ostendam vestri commodi sollicitum servum vestrum, vos in osculo pacis amplectar, Sacri ordinis genuinos filios consodales suscipiam, meos vero Fratres in Christo charissimos Amen.

Post finitum sermonem Adm Rndus Pr Thaddaeus Cryzna Praepositus Vilnensis a toto Conventu suo libere pacifice ac reverenter obedientiam reddidit Rndmo Commissario.

Deinde Rndmus Commissarius post praestitam sibi obedientiam coram effigie Crucifixi inclinato capite ad Fratres dixit. Non mihi Fratres charissimi exhibuistis honorem istum subiciendo vos Authoritati et Iurisdictioni nostrae sed Deo, et Summitati Sacri ordinis nostri, Honorem istum sub pedibus Crucifixi repono, vos vero in corde amantissimo Christi, et vulneribus Domini lateris eius recondo, et consigno ut sitis Fratres benedicti a Domino. Amen.

Et quoniam officium suum extraordinarium est nec directe muneris eius ratio in Constitutionibus ordinis reperiatur, reducendo illud ad officium Prioris Generalis tum etiam incumbendo Instrumento sibi ab Eminentissimo Celsitudine Principe concesso et emanato Rndmus Commissarius Constitutionibus ordinis in omnibus sese conformare voluit, atq; Capit. 10 dist. 3 de officio et authoritate Visitatorum et de modo visitandi palam legi curavit.

Post haec

Post hæc fulminavit Excommunicationem in Constit. Ords loco citato ~~[illegible]~~ scriptam, contra eos, qui requisiti in visitatione veritatem dicere nollent.

Tandem conformando se Constit. Ord.s Fratrem Theodorum Dziahelewicz de modestia ab Adm. R. Pre Præposito commendatum ad vocandos et 3 scribendos Conventus Pres elegit et designavit. Quo electo ac designato ad visitandam Ecclesiam ante omnia cum A. R. P. Præposito et Patribus Conventus processit.

In Ecclesia facta cum Fratribus adoratione coram Venerabili paululum orans Ciborium aperuit S.mum Eucharistiæ Sacramentum vidit Pres coram altari flectentes eodem benedixit veniens deinde ad fontem Baptism. Vas stanneum ab oleo destitui animadvertit, atque in locum eius Vas ex aurichalco comparandum iussit, ubi et olea sacra Aº currenti die 22 Martij data in loco honesto collocata reperit. Librum Metricorum idque Baptisatorum et Matrimonio Copulatorum revidit et subscripsit.

Tandem ad visitandum et revidendum Thesaurum Ecclesiæ processit, quo viso Inventarium Apparamentorum et argenti a me Secretario facto in præsentia A. R. Pris Præpositi et Pris Sacristæ adiuncto insuper R. P. Viceprposito verificandum nec non novum eiusmodi conficiendum præcepit.

INVENTORIUM

Ecclesiæ et Conventus Vilnensis Ord. Canon. Regul. de Poenitentia BB. M. M.

Ecclesia nimis parva de muro Prussico eaque vix non collabens sub titulo S. Augustini in Suburbio Vilnensi dicto Zarzecze sita. Ab Ingressu ~~[illegible]~~ porta ad Aquilonem Fores magnæ in cardinibus ferreis, sera magna ab intro: secundæ Fores minores ad Sacristiam similiter in cardinibus ferreis cum sera absque clavi. In hac Ecclesia fenestræ quinque in plumbo.

Altaria duo, Altare maius in quo Imago B.ssmæ V. MARIÆ cum veste argentea floribus deauratis permixta, vestis etiam Christi Dni similiter argentea. Item duæ coronæ argenteæ deauratæ una super caput B.ssmæ V. M. alia super caput Christi Dni, lapillis simplicibus ambæ adornatæ. Angeli duo super eandem Imaginem argentei per partes deaurati, coronam B. V. MARIÆ tenentes.

Pendicularum ad aures duo paria, unum par ad aures B. V. M. secundum par ad aures Christi Dni.

Vota argentea in eadem Imagine Maiora cum catenulis argenteis duo. Minora 11.

Catenula aurea semitrium cubitorum. Catenulæ duæ de aurichalco.

Margaritarum parvarum nullis alijs intermixtis globulis funiculus unus.

Alter intermixtus spumis marinis.

Globulorum imperfecte nigrorum intermixtis Margaritis funiculus unus.

Item Globulorum rubri coloris instar corallorum intermixtis Margaritis funiculus unus.

Corallorum Maiusculorum funiculus unus, Item Minorum funiculus unus.

Graminū à Spumis Marinis funiculi duo
Item Globulorū nigrorū immixtis graminis à Spumis Marinis funiculus Unus.
Item Globulorū Maiusculorū rubri coloris ad instar corallorū funiculus Unus
Annuli tres Unus aureus, alter argenteus deauratus 3tius pure argenteus.
Circulus argenteus à serto.   Crystallus inclusa argento ite ad han Imaginem pendet.
Nomina MARIA et IESUS de argento elaborata
Tabernaculū sup altare ubi asservat Sanctissimum Sacramentū Eucharistiæ obseratū cū sera parvula et clavi   In quo Pyxis argentea ab Intro deaurata cū operculo argenteo et Cruce desup argentea.
Altare minus S. Augustini.   In quo Vota argentea in modū cordis conformata .18
Crux parvula argentea Una.

Argentum huius Ecclesiæ

Monstratoriū argenteū deauratū Unum.
Calices duo magni argentei in toto deaurati tertius minor Item totaliter deauratus cū patenis
Sex interim Calices argentei intus tantū deaurati cū patenis deauratis.
Lampas argentea cū catenulis item argenteis et cū reliquis attinentiis.
Crux argentea
Thuribulū argenteū cū navicula et cochleari argenteis
Urceoli argentei cū coopercullis

Candelabra huius Ecclesiæ.

Candelabra de aurichalco maiora 6
Minora Item de aurichalco 4.

Inventariū Cæterorū requisitorū Ecclesiæ

Cruces Maiores ligneæ 2   Item minores quæ altaribus applicant 2
Portatilia 5   Campanulæ 5
Imagines Maiores et minores in universū numero 14.
Fons Baptismalis de stanno, Vasa pro oleis sacris stannea Item vas pro sale.
Canones tres.   Forfices 1   Circulus ferreus pro hostiis parvis conficiendis 1
Thuribulum de aurichalco cū navicula laminea
Urceoli stannei cum operculis 4   Ferrea pro pinsendis hostiis forma No 1.
Baldachinum de materia serica pro processionibus 1
Feretra 2 Unū Magnum aliud parvum.
Catabulus pro aqua benedicta asservanda Unus.   Emunctorium Unum.
Cervicalia de materia serica 3.

Sacristia

Sacristiæ Inventariū

Sacristia similiter de muro Prussico ad quā fores ab Ingressu de Monasterio in Cardinib
ferreis cum clausura intra aliisq requisitis.
In Sacristia Lavatoriū Stanneum cum patena Stannea.
Imago Christi Dni Crucifixi. Promptuariū alias Szafa z Szufladami 1.

Inventarium Casularum Eiusdem Eccles.

Casulæ albi Coloris

Solennes Casulæ cum fimbrijs argenteis sunt 3 quarū una habet Columnā rubeam ex filis dictis bartager Frigia acu intertexta. cum stolis et manipulis.
Item Casula Cetrinei Coloris una cum fimbrijs argenteis cum stola et manip:
Item Casulæ simpliciores albæ tres cum stolis et manip:

Casulæ rubri Coloris

Casula solennis una cum stola et manip: habet fimbrias argenteas
Item Casula serica flosculis aureis et argenteis intertexta cum stola et manip:
Item serica cum Columna alba flosculis argenteis intertexta cum stol: et manip:
Item simpliciores eiusdem Coloris casulæ tres cum stolis et manip:
Casulæ Mixti Coloris duæ cum stolis et manip:
Violacei Coloris casula una cum stola et manip:
Viridis Coloris casula simplex cum stola et manip:

Casulæ Nigri Coloris.

1ma Holoserica cum stola et manipulo.
2da serica cum stola et manipulo.
3tia Vetustior serica cum stola et manipulo.
4ta Simplex alias Palamitowa cum stola et manipulo.
5ta Iam ad usum non Valens serica.
6ta Noviter Comparata per A. R. Pre Thadæū Frydna Præpositū Vilnensē serica cum stola et manipulo.

Cappæ.

1ma Cerulea flosculis aureis et argenteis intexta habens ante pectus clausuras argenteas fimbriæ huius Cappæ Tradaria argenteæ.
2da Coloris Violacei ex materia dicta Lama.

Delmaticæ.

Rubri coloris ex mat. dicta Lama habent fimbrias sericeas sine stolis et man

Rubri coloris sericeæ flosculis albis sericeis intextæ sine stolæ et manip:

Violaceæ coloris sericeæ varys floribus sericeis inmixtæ sine stol: et manip:

Nigri coloris sericeæ cum stola et manipulis.

Imperfecte albi alias corporei coloris recenter comparatæ per A. R. P. Præs. [illegible] sericeæ cum stola et manipulis.

Violacei coloris sericeæ cum stola et manip: per eundem comparatæ.

Materiæ ceruleæ pretiosæ cum flosculis maiusculis argenteis subtili [illegible] Novem superabundanter.

Albæ.

Tenuissimæ alias Robtare — — — — No 6

Crassiores de carbaso — — — — No 16

Omnes habent circumferentias alias durumj, aliaru de filis tenuioribus aliaru de filis crassioribus circumferentiis reperiuntur.

Humeralia.

Tenuissimæ telæ — — — — No 9

Simpliciores alias de carbaso — No 11

Cinguli.

Sericeus unus. de filis Lineis — — No 11

Superpelicea.

Tenuissimæ telæ — — — No 2.

Simpliciores — — — No 9

Omnes cum circumferentiis.

Pro pueris — — — No 4

Antependia in universum — — No 5

Simplex unum:

Tobaleæ in universum — — — No 16

Ad nihil valentes — — — No 4

Mappæ — — — No 15

Corporalia — — — — No 31.

Purificatoria — — — — No 41

Vela

+

Vela.

Alba Vela solennia — —	No 3.
Alba simpliciora — — —	No 2
Rubri coloris vela — —	No 5
Varys coloribꝫ et floribꝫ intextu —	No 1.
De linteo tenui filis aureis intextu	1
Cerulei coloris — — — —	1
Viridis coloris — — —	No 2
Album floribus Violaceis intortextu Unum.	
Violacei coloris — — — —	No 3
Nigri coloris — — —	No 2
Simplicissima — — —	No 2

Bursæ

Albi coloris — — —	No 2
Citrini coloris — — —	No 2
Rubri coloris — —	No 3
Viridis coloris — — —	No 5
Violacei coloris — — —	No 5
Simpliciores rubri coloris — —	No 2

Pallæ.

Albæ solennis — — —	1.
Rubeæ in Universum — —	No 7
Viridis coloris — — —	No 3
Cerulei coloris — — — —	1.
Violacei coloris — — —	No 4.
Simpliciores — — —	No 2.

Peplum Xylinu triplex alias Bawełnie 3

1mo Album, 2do Rubru, 3tio Nigrum.

Strophiolum de eadem tela in quo flores de filis sericeis auro intexta

Item duo Strophiola Unu filis aureis, aliud filis argenteis auro elaborata

Frigia

#

Velamina ad Imaginem B.ssimæ V. MARIÆ

1mo Album Sericeum Magnum.
2do Rubri Coloris Item Sericeum.
3tio Nigri Coloris item Sericeum.
4to Viridis Coloris Serica duo.
5to Cerulei Coloris Serica duo
6to Citrinei Coloris Unum par Sericeum bonum Velamium
7mo Item Citrinei Coloris Sericeum par unum Velaminum, cuius una pars combusta
8uo Velamina duo Magna Citrinea Serica

Materia Simplicis Vulgo Harusu partes — — No 8
Fimbria altarium alias Fryzle No 2 Una de filis argenteis 2da de serico.
Bireta — — No 2.

Libri Ecclesiæ

Missale Unum Holoserico inclusum, coloris rubri, per partes argento obductum.
Item Missalia Minora Simplicia — — No 2.
Item Missale in quarto Minori — — No 1. & Requiem Missale — 1.
Agenda Maior seu Rituale Romanum, Item Agendula parua.
Liber paruus Euangeliorum Polonicus.
Libri Duo Metricorum Unus Baptisatorum, alter Matrimonio Copulatorum.

Chorus Eiusdem Ecclesiæ.

Ad quem Chorum ab Extra fores in Cardinibus ferreis, et cum sera ab intro. Fenestræ in plumbo in Choro No 2. in ipsa Ecclesia fenestræ. No 8

Libri Chori.

Graduale, Psalterium Antiphonarium, & Martyrologium.
Organum portatile in eodem Choro.

Ab Extra Immediate ante templum Campanile.
Ad quod Porta magna à platea ad ingrediendum populum ad templum in Cardinibus ferreis cum sera ab intro claudenda.
Item duæ portæ ad Conuentum in Cardinibus ferreis, ad quarum una pendet Campanula portæ.

Campanæ Ecclesiæ.

Magna — — No 1. Minores — — No 2.

Inuentarium

+

Inventorium

Conventus Vilnensis.

A Platea porta magna ad Meridiẽ de ligno cũ requisitis ad claudendũ ferramentis ad quã campula pendet.

Monasteriũ circũ circa septũ sepibus ligneis optimis.

Prope portã domus deserta sine fenestris.

Domus deinde de muro in qua Refectoriũ cũ fornace habens ipse fenestras 7. de hoc Refectorio depositoriũ item de muro rerũ Ecclesiasticarũ. Hoc Refectoriũ ad depositorio habet Ianuas No. quarũ una ferrea, Seræ ad has Ianuas intrinsecæ sunt No 3

In Refectorio promptuariũ pro asservandis rebus Refectorij.

In Depositorio cista et promptuariũ. Fenestræ duæ in plumbo cũ craticulis ferreis valvæ fenestrarũ ferreæ — — No 2.

In Refectorio Mensæ — — No 3 Duæ Maiores tertia minor.

Crux Magna super Mensã Prælatorum.

Supellex Refectorij.

Mappæ — — No 3

Vasa stannea alias portiones pro dando potu No 18

Immediate ad Refectoriũ Culina de muro cũ qua fores in cardinibus ferreis.

Patenæ stanneæ Maiores — — No 14

Patenæ stanneæ Minores — — No 26

Orbes stannei — — No 15

Vas Aneũ capiens ollas 6.

Lebetes ad Culinam — — No 2.

Ferrũ pertinens ad Culinã alias Sblo Syony Zhilhami:

Mortariũ de auricalcho alias mozdzierz cũ suo requisito.

Veru ferreum — — No 1

Cultri Culinæ alias Tasaki No — 2

Super Hoc Refectoriũ, aliaq. circiter ædificia desuper sunt cellæ cũ fornacibus — sine fornacibus — No 8 Omnes cũ fenestris et Ianuis, fenestræ in plumbo, Ianuæ in cardinibus ferreis cũ alijs requisitis ferramentis. in funtorio fenestræ No 3 de craticula lignea.

Alia Domus Lignea in qua Cellæ ad fornacibus No 8 quarum singulæ singulas habet fenestras et Ianuas in Cardinibus ferreis, ad suis attinentijs. Ab Ingressu ad Curritorium fores similiter in Cardinibus ferreis, ex opposito fenestra.

Item Domus ad Camera Hypocaustum, in qua pro tunc residentia A.R.P. Præpositi Vilnensis Hæc domus in Universum habet fenestras No 4 Ianuas in Cardinibus ferreis similiter No 4. ad reliquis ferramentis.

Item Domus lignea in qua hypocausta duo quorum Unum habet fenestras No 4 aliud No 2. ad fornacibus, ex his hypocaustis Cellæ duæ habent singulæ fenestras tres ad fornacibus. Item Cellulæ duæ cum singulis fenestris. Ianuæ in hac Domo in Universum No 7 in Cardinibus ferreis ad Cæteris requisitis ferramentis.

Cellaria de muro in Universum — — No 4.

Depositorium Comestibilium rerum et frumentorum Unum ad suis attinentijs

Stabula — No 2 Porta deinde parua ad occidentem quâ itur ad Civitatem.

Hortus alias Pomarium septum alter Hortus ab extra.

Libri Monastery Vilnensis.

Libri Sacri.

1mo Biblia magna in folio. 2do Biblia sine compatura sparsa cum interpretationibus in 4to. 3tio Biblia parua in quarto. 4to Concordantia Bibliorum 5to Polcantea sine tectura tota lacerata. 6to Didacus de Beza super Josue et Aester libros. 7mo Sebastiani Barradij in Evangelia. Volumina duo in folio. 8uo Aloisius Nouarinus in folio. 9no Ioannes Arboreus in Evangelia in folio. 10mo Dionisij Cartusi: enarrationes in Evang: 11mo Cathechismus Romanus in octauo. 12do Caluini Infernus in quarto. 13tio Enarrationes Thomæ in Evangelia in quarto. 14to Deualentia Gregory de Incarnatione in folio.

Concionatores.

1mo Osory in quarto libri duo. 2do Mefret Volumina duo in fol: 3tio Postilla Rudolfi Ardencij. 4to Homilia Haymonis. 5to Homilia Ricardi. 6to Postillæ aliæ laceratæ quatuor. 7mo Postilla Lanspergi in quarto. 8uo Iacobus de voragine in octauo 9no Fabri Volumina tria in folio duo, Unum in sexto. 10mo Birdonski in folio. 11mo Starowolski Volumina tria in folio. 12do Baraleta Dominicanus. 13tio Philippus Diez in quarto. 14to Coutin: in quarto.

15to Carthagena in Sexto. 16to Calamata Italus in Sexto. 17mo Hissenus in ~~Sexto~~ Sexto. 18uo Paratus in quarto. 19no Paradisus Concionum in octavo. 20mo Didacus Delanega in quarto. 21mo Promptuarium Stapleti in quarto. 22do Promptuarium Ildefonsi Giron. Conciones Szyrmii Polonicae. Libri tres.
Nisseni Sermi Quadrag. Post Fata P. Philippi Fur
Stapletonii alterum Volumen in 4to

Casuista.

1mo Azorij Loratani Instit. Moral. 2do Sinaxis Italy Calvi. 3tio Samuel de Lublino. 4to Toletus. 5to Emanuel Sa 6to Candelabrum 7mo Summa Dianae. 8uo Bargen Pharsarium Ordinandorum 9no Splendores Hierar: Polit. in quarto libri duo. 10mo Alvearz de Vitys et Virtutibus. dicti Manuale Conf.

Libri Spirituales

1mo Thomas a Kempis in fol. 2do De Praedestinatione D. Augustini in 8uo. 3tio Confessionum D. Augustini in octavo. 4to Meditationes Ludo: Gran: in octavo. 5to Meditationes Vincenty Bruni in octavo. 6to Elogia B. Josaphat in quarto, 7mo Theatrum pacientiae Xti in octavo. 8uo Rozmyslanie Meki Chrystus: in quarto. 9no Thesaurus Litaniarum in octavo. 10mo Litaniae variae. 11mo Orator Crucifixus. 12do Quindecim ascensus grad. B.V.M: 13tio Aclora Mariana 14to Regula S. Patris Augustini 15to Cibus quotidianus. 16to Enchiridion. 17mo Diurnale pietatis. 18uo Hymni Ecclesiastici 19no Exercitia Spiritualia 20mo Xiegi Żywota pożiwego człowieka 21mo Exercitia Granatensis. 22do Schola cordis Christi. 23tio Aurea gemma. 24to Meditationes Henrici Flac. 25to Rozaniec Zlowyzdi. 26to Spinea Corona Christi lacerata.

Libri Historici tam Sacri quam Profani.

1mo Vitae Sanctorum in quarto 2do Flores exemplorum in quarto. 3tio Surius in tres Menses in folio. 4to Vita Joannis Dei 5to Speculum Ecclesiasticum 6to Exempla de B.V.M: in quarto. 7mo Theatri Vitae humanae Volumina quatuor in folio. 8uo Annales Ecclesiastici in folio. 9no Historia Francorum in quarto. 10mo Historiae Romanae in folio. 11mo Horologium Principum in quarto. 12do Famianus Strada in Octavo 13tio Historia Pauli Jovij 14to Archantologia in fol. 15to Summa Conciliorum in Octavo. 16to Sanderberus in folio. 17mo Tacitus in octavo. 18uo Loci Communes Historiarum. 19no Fortecia Polska in quarto 20mo Vita B. Michaëlis Gielroyc. 21mo Vita B. Stanislai Kostka.

Libri Eruditorum.

1mo Axiomata V. Bedæ. 2do Locutiones figuratæ eiusdem. 3tio Panegyres Kwiatowicz. 4to Virgilius 5to Cicero. 6to Orationes Ciceronis 7mo Sententiarum Ciceronis Libelli duo. 8uo Idea Philosophiæ Moralis. 9no Conclusiones de anima. 10mo Lipsius Iustus. 11mo Liber Collectorum Variorum. 12do Orationes Funebres. 13tio Tabula totius Dialecticæ. 14to Lucanus. 15to Resolutiones Scotisticæ Albergoni. 16to Buchannus Poeta. 17mo Salustius 18uo Proginnastica Aphtonij 19no Medicina Salartica. 20mo Polegomena in Aristotel. Huberti. 21mo Aristoteles de Prædicamentis. 22do Joannes Baptista in Aristot. 23tio Joannes Gnesius de libero Arbitrio. 24to Praxis oratoria. 25to Vita Vincenty de Paula. 26to Dictionarium Germanicum. 27mo Itinerarium. Germanicæ. Italicæ. 28uo Liber Italicus. 29no Auerois Cordubensis destructio etc. 30mo Philosophia in 4to 31mo Chrapius in quarto. 32do Similia et Dissimilia Dadrei. 33tio Centuria Astronomica. 34to Baranowicz 35to Astronomia. 36to e c c

Libri Scripti.

Logicæ tres, una in alba tectura, altera in Viridi, tertia sine tectura
Physicæ duæ una in Viridi, altera sine tectura. Casus de Pœnitentia in 1. et 3. Decalogi Præcep. Notationes in Evangelia Lucæ. Notationes S. Joannis Apocalyp. Theologia de Fide Spe et Charitate, tum eadem de Peccatis in Viridi tectura.

Inventarium Rerum Monasterij ab extra et ab intra.

Braxatorium ab extra. In Braxatorio Vasa lignea pro paranda Cerevisia No 3
Vas pro Cremato parando — No 1. Lebes Magnus — — No 1.
Lebes pro Cremato distillando cum pileo et tribus tubis — No 1.
Item Lebes Maior pro cremato distillando similiter cum pileo et tribus tubis No 1.
Vasa vulgo Cebry No 2. Dolia — — No 21
Infundibula — No 2. Alanubria — — No 2.
Sitambiones — No 2. Canalis ad Braxandam Cerevisiam — 1.
Canales alias Rynny No 2. Infundibulum Fundenda Cerevisia. 1.

Sera vincina —— 1. Secures No —— 3.
Vasa ad deponendas farinas —— No —— 3.
Frixorium æneum — 1. Infundibulum æneum —— 1
Urnæ obductæ ferro — 2. Urnæ simplices ligneæ — 2.
Ollæ æneæ —— 2. Securis ad secandas carnes 1.
Crates ad cribrandas calces .1. Vasa diversa —— No 8.
Vallus æneus — 1. Falx - 1. Ligo. 1. Malleuā lignea. 2.
Rutra - 2. Fenestra ferrea. 1.

Domus in Sub Urbio Zarzecze ad eundem Conventum pertinentes

Prima Domus in qua Residet M: Dnā Rayska Senicula Fundatrix
ad latus eiusdem domus hypocaustum nigrum Ubi familia Conventus residet.
Ex opposito domus quæ potest afferre Censum —— flo — — 80
Secunda Domus dicta Sylinsciana de qua Census annuus — flo — 70
Tertia Domus dicta Machmienij de qua Census annuus — flo — 50
Quarta Domus cum Prato vulgo Blech: atq inde solvit Census — flo — 130
Quinta recenter empta intra septa Claustri sumptibus et cura A. R. P. Thadæi
Tryzna Præfecti Protunc Vilnensis
Flumen versus dictum Villa Lateraria cum Domo

Summæ Conventus Vilnensis

Super Synagogam Judæorum Vilnensium flo —— 4000. a quâ annuus Census percipitur.
Apud M: Dn: Bildziukiewicz summa flo — — 6000 a qua census n. percipitur
Apud M: D: Polewicz summa flo — 1000
Reliquarum Summarum Inquisitio ad Convocationem reposita. NB.
Super Prædium dictam Wyholenista habent flo — 3000.

Inventarium Prædij Wyholenista. idq Vasorum.

Cacabus æneus cum tribus tubis et pileo æneo —— No. 1.
Vas pro Cremato faciendo .1. Vas in quo parari solet Cerevisia — 1.
Vasa minora quæ ruina — 2. Dolium magnum dictum Kadza — 1.
Dolia Magna et parua No - 7. Vasa ad Conficiendum panem —— No 2
Vas vulgo dictum Ceber 1. Urnæ - 3. Vas vulgo Doynica - 1.

Infundibulum ligneum — 1. Infundibulum aeneum — 1.
Congius — 1. Vasa lignea pro butyro servando — 3. Cribra — 2.
Seræ — 2. Claustra in Cameris — 3. Amphoræ vulgo Dandtler — No 2.

Frumentorum Seminatio.

Siliginis Hiemalis seminatæ tonnæ — —
Hordei — — tonna — — 1 — et ½
Avenæ tonnæ — — — 9
Pisorum tonna — — — 1.
Tritici ~~tonna~~. — — 1
Ocymi ad seminandum — — tonnæ — — 3.

Inventorium Jumentorum.

Vaccæ — No 8. Bos No 1. Vituli annui — No 2.
Capræ — No 3 Capri maiores et minores No 4.
Oves — No 15. Sues No — — 11.
Anseres No 3 Gallinæ — — 4 Gallus 1.
Galli Indici No 3. Alia Supellex.
Pectines pro purgandis velleribus — — No 2.
Falx pro scindendo stramine — — 1.

Anno ut supra die 15ª May facta diligenti revisione Ecclesiæ et monasterij prout beneficijs ad Sti collatis, atque ut eis utentes quam dignissimos inveniret Rndissimus Commissarius ad scrutinia secreta vitæ et morum Conventus Fratrum, eos secundum Regulam et Constitut. ords examinandos descendit.

Fratres huius Conventus.
1mus Adm Rndus Pr Thaddæus Tryzna Præpositus Loci. 2dus Rndus Pr Paulus Lenserski Vice præpositus 3tius Rndus Pr Adalbertus Kalewicz Concionator. 4tus Pr Hilarius Zemianski Procurator. 5tus Pr Petrus Rudzyna. 6tus Pr Theodorus Dziahelewicz. 7mus Pr Deborowski. 8uus Pr Stanislaus Baglinski. 9nus Pr Casimirus Wirzyska. 10mus Fr Benedictus Samsberski Diaconus. 11mus Fr Felix 12dus Fr Petrus Libalski. 13tius Fr Bonifacius Bostak Laicus infirmus. 14tus

Interrogatoria pro hoc Conventu.

Imum

1mum Utrum officium Divinum ab omnibus et singulis semper atque devote secundum regulam et Constitut. ord. in Ecclesia decantent nec ne? 2dum Utrum res monasterij temporales rite administrent nec ne? 3tium V: Crapula et Compotationes vitent nec ne. 4tum V: Superiori tanquam Patri obediat nec ne? 5tum V: Literas impertinentes per postas expediant extra Cracoviam nec ne. 6tum V: non sit aliqua conspiratio resuscitanda in Insula Vizemiensi nec ne! 7mum V: silentium servent nec ne, et an fiat orat. mentalis mane et vespere.

1mus Fr. Petrus Gibalski ad 1mum R. se interdum absentari propter officium Procuratoris, et Patrem Praepositum similiter aliquando non adesse cum Patre Concionatore propter Occupationes varias, caetera huius puncti dixit se nescire. ad 2dum Nescit ad 3tium dixit Patrem Pudzyna saepius solere inebriari aliud autem neminem. ad 4tum dixit semel Patrem Pudzyna a Patre Praeposito monitum Patri Praeposito dorsum vertisse. ad 5tum Nescit ad 6tum Nescit. ad 7mum dixit examina conscientiae de mane intermitti vespere autem semper fieri. Frater Petrus Gibalski mpp.

2dus Fr. Felix Vocatus ad 1mum Interrogatus Rndit. Non semper legitime absolvi officium Divinum, sed aliquando etiam sine pausis, nec omnes semper eo adesse. ad 2dum Nescit. ad 3tium Nescit. ad 4tum Nescit. ad 5tum Nescit ad 6tum Nescit. ad 7mum silentia non observata, examina absoluta dixit. Frater Felix Muscalski Subdiaconus manu propria

3tius Fr. Benedictus Panifzewski Vocatus deposuit. ad 1mum dixit semel non fuisse matutinum, eo quod non fuerint Presbyteri sed tantum duo Fratres venerint. Item dixit non omnes choro adesse praesertim Patrem Petrum Gibalski. Patrem Concionatorem, tum etiam Patrem Troianowski. ad 2dum nescit ad 3tium nescit, ad 4tum Nescit ad 5tum dixit fuisse bis literas a Patre Wyslecki ad Patrem Deborowski Cracoviam. ad 6tum nescit. ad 7mum respondit aliquando nimis cito pulsari pro silentio: non audisse autem ullos silentium fregisse dixit. Fr. Benedictus Panifzewski

4tus Pr Wirpsza ad 1mum dixit semper impleri officium Divinum, dixit etiam se non semper adesse choro propter obsequia Illustrissimae Fundatricis, atque ita non posse se scire. ad 2dum Nescit. ad 3tium Nescit, ad 4tum Nescit. ad 5tum Nescit. ad 6tum Nescit ad 7mum dixit audire se pulsum de mane pro examine, vespere autem non semper esse. Pr Casimirus Wirpsza mp

5tus Pr Stanislaus Baglinski ad 1mum dixit semel intermissum esse matutinum, in quadam Vigilia propter absentiam Hebdomadarij scilicet Patris Troianowski. Patrem Praepositum, Patrem Concionatorem, et Patrem Deborowski non semper choro adesse deposuit. ad 2dum Nescit ad 3tium nescit. ad 4tum Nescit ad 5tum Nescit ad 6tum nescit. ad 7mum deposuit examina mane non solere esse. Pr Stanislaus Baglinski

6tus Pr Theodorus Dziahelewicz ad 1mum dixit Nunquam intermitti officium Divinum: Omnesque Choro adesse semper dixit: praeter legitime occupatos. ad 2dum nescit. ad 3tium nescit. ad 4tum nescit ad 5tum nescit ad 6tum nescit. ad 7mum Mane examen non esse dixit, vespere autem semper absolvi: silentiaque servari. Theodorus Dziahelewicz

7mus Pr Petrus Puzyna ad 1mum dixit semel intermissum esse matutinum eo quod et sero, et non nisi duo tantum in Choro fuerunt Fratres; pro hoc autem utrum sunt puniti nec ne, nescit. Omnes autem Choro adesse dixit: exceptis Pre Concionatore Pre Deborowski et Fre Petro. ad 2dum nescit. ad 3tium dixit se ipsum incusando, quod aliquot vicibus caput sibi aggravaverit potu. ad 4tum seipsum accusavit, dicendo offensum a se fuisse M. R. Prem Praepositum, et se deprecatum fuisse. ad 5tum dixit semel innotuisse sibi quod Pr Deborowski et Pater Concionator correspondeat cum Patre Osstechi. ad 6tum nescit. ad 7mum dixit examina vespertina semper absolvi ab omnibus, Matutina autem a solis Patribus. Pr Petrus Puzyna mp

8vus Pr Deborowski vocatus ad 1mum dixit semper officia Divina impleri. Ipse autem fassus est quod non semper adsit Choro propter suas occupationes: dixit autem Prem Concionatorem saepe saepius absentasse. ad 2dum nescit ad 3tium nescit, ad 4tum affirmative dixit. ad 5tum ipse fassus est se scripsisse ad Prem Osstechi cum scitu superioris revocando bonas amicitias. ad 6tum nescit. ad 7mum dixit non esse examina Matutina; vespertina autem nunquam intermitti silentiaque servari.

Alexander Deborowski Saenstianus [illegible]

9nus Rndus Pr Concionator vocatus ad 1mum dixit Nunquam intermissum divinum officium, nisi in sui absentia; ipse autem fassus est non solere adesse propter occupationes publicas et Domesticas Ecclesiae, in quibus penuria patitur ob defectum Librorum. ad 2dum nescit. ad 3tium affirmavit omnem abstinentiam in potu esse. ad 4tum dixit omnem honorem exhiberi suo superiori. ad 5tum nescit determinate. ad 6tum nescit. ad 7mum dixit matutina examina non servari: vespertina autem impleri. silentiaque observari. Adalbertus Lauderus Kalewicz Concion. [illegible]

10mus Rndus Pr Vice praepositus. Vocatus ad 1mum deposuit quod Nunquam officium Divinum sit intermissum: dixit autem saepe absentari, Patrem Concionatorem et Patrem Deborowski. ad 2dum nescit ad 3tium crapulas et compotationes vitari ab omnibus affirmavit. ad 4tum dixit ab omnibus honorem et reverentiam praestari a Rdo Pri Praeposito. ad 5tum resp: inter duos debere esse ad Patre Osstechi correspondentiam subiicit inter Patrem Deborowski et Prem Kalewicz Concionatorem. ad 6tum nescit ad 7mum affirmavit semper servari silentium examina vespertina impleri in communi, Matutina in Cellis. Paulus Lenczewski Vice praepositus [illegible]

11mus

A.Rmus Adm Rndus Pr Præpositus ad 1mum negat. ad 2dum respondit Carbonam esse et Flanarios, ideoque eleemosynam non posse dirigi. ad 3tium dixit neminem excessisse in potu ad hoc tempus. ad 4tum sibi reverentiam et obedientiam exhiberi dixit, excessivos autem punitos affirmavit, actaque sui Conventus præsentavit. ad 5tum dixit scripsisse semel atque iterum Prem Deboranski ad Patrem Doistechi, causa recuperandi debiti certi, habita à se licentia. ad 6tum negat. ad 7mum silentia servari: examina Matutina n esse moris, Vespertina autem semper absolui dixit.

Pr Thaddæus Tyszka Præpositus atque Vicecommissarius mp

Quibus auditis diligenter ac maturè discussis Rndmus Commissarius præsenti Decreto suo statuit atque decrevit, ut ordinationes à se post Capitulum datæ ad unguem observentur. Examina tam Matutina quam Vespertina ab omnibus et singulis in Choro absolvantur, nemine excepto, nisi in casu infirmitatis aut legitimæ occupationis. Item Rndmus Commissarius decrevit, ut Officium Divinum quo facilius ab omnibus absolvi possit, Nemo ad Civitatem mittatur ante illud, nisi hac conditione, quod ad Ecclesiam ex Civitate quantocius sit reversurus. Correspondentias cum Conventibus remotis et maximè Cracoviensibus omnibus vetuit atque interdixit, propter tollendum periculum antiquarum conspirationum, et scribendarum per orbem levitatum. Prem Concionatorem penuria librorum laborantem, neque ad Chorum semper adstrinxit, neque eum ab illo omnino liberum pronunciavit, sed devotioni et conscientiæ suæ, uti in tremendo Dei Judicio pro omni negligentia responsuro commisit.

Ordinationes Horarum quibus Fratres in Conventu quid agere debeant eiusmodi constitutis

Omnes et singuli ad pulsum campanæ hora quarta surgent, quadrantem post quartam Ornatui suo religioso incumbent, duobus quadrantibus ad secundum pulsum campanæ omnes et singuli orationi mentali vacabunt. Quinta hora pro sacro primo pulsabunt. Post primum sacrum Horas Canonicas diebus festivis primam et Tertiam canendo, infra octavas solennes et festis dupl. tantum Primam canendo usque ad Nonam absolvant. Post horas quod superfuerit reliquum tempus diebus ferialibus ubi non est studium Patres et Fratres lectioni librorum sacrorum, et statui suo utilium atque convenientium vacabunt: nisi eo tempore meritum sanctæ obedientiæ aliter ordinaverit, tunc enim eo à Superiore suo ordinati quo mittuntur ire debebunt et hoc usque ad Undecimam. Hora Undecima detur Prandium, et refectio Fratribus. post Prandium usque ad horam Primam, tempus sit honestæ, atque religiosæ recreationis. à Prima usque ad tertiam lectioni librorum ibidem incumbent, ut divagationes per monasterium minus ne-

essariis

cessarias deuitent. Hora tertia ad quartam in Vesperis absoluendis et quibus diebus ut supra decantandis, alys vero semidupl. simpl. et ferialibus in Verbo dicendo inhaerebunt. a Quarta usq ad Septimam prout quisq pro pietate sua studuerit salutem animae suae operabitur, quis aut opus manuale aliquod laborando, qui vero illud nesciat contemplationi siue lectioni Diuinorum, siue alio operi pro studebit, ut tantummodo tempus inaniter non terat, (in quo aeternitatis pondus et portio sita est) omnino mandauit. Matutinum aestiuo tempore hora sexta post meridiana absoluatur. Hyemali autem pro eo media nocte non retardent surgere. Matutinas cursus Bssmae V. Mariae ante primam missam absoluant; Vesperas ante Vesperas diei. Hora septima Cena siue refectio Fratribus prout tempus concesserit dabitur. a Septima ad Octauam pia atq honesta collocutio, modesta tamen et non clamorosa benigne conceditur. Hora octaua signum pro silentio detur, quo audito omnes et singuli Patres ad Ecclesiam pro oratione mentali sese conferant. Ibiq pro pietate et deuotione secundum prudens Praepositi arbitrium commorati, et aqua benedicta aspersi, redibunt ad cellas suas, silentium in Constitudinibus ords praescriptum seruaturi.

In Conuentibus vero illis in quibus hora Decima ad Meridiem missa Conuentualis quotidie cantari solet, non omittatur sed cantetur ab omnibus legitimum impedimentum non habentibus; Ubi vero missa Conuentualis quotidie non cantatur, volumus et mandamus ut ubi id commode fieri poterit, una missa pro necessitatibus conuentus lecta absoluatur. Diebus quibus fessa corpora recreare Religiosis concessum est absolutis peractisq Diuinis etiam Rndmus Commissarius iuxta prudens arbitrium Praepositi Fratres nostros sancte ac honeste recreari posse declarauit.

Post Horarum dispositionem Adm Rndus Pr Praepositus protulit acta Capitularia Conuentus sui, quae Rndmus Commissarius ut bona et Constit. ord. Conformia laudauit manuq sua subscripsit.

Post haec Regista Prouentuum et expensarum fideliter connotata subscriptioni produxit. quae Rndissimus Commissarius videns a Conuentu suo calculata et subscripta, manu quoq sua approbauit.

Produxit insuper Adm Rndus Pr Praepositus desideria sua et Conuentus sui Illmo Rndmo Commissario porrecta quorum puncta inseruntur.

1mum Quia de summis Conuentus nulla notitia est, unde haec nec possunt regi nec ex illis haberi fructificatio ideo ut ab ante Praepositis Vilnensibus expedientur petimus.

2dum Jura et Privilegia Conventui huic nostro servientia nulla habemus, et sic Ignari rerum existentes non possumus bonum Commune ampliare.

3tium Quia sunt nonnulli egregiae Indolis adolescentes volentes Ingredi nostram sacram Religionem, ideo petimus aperiri Novitiatum Vilnae, difficile enim iter pergendi Cracoviam petentibus Ingressum Religionis in Lituania, ex quibus esset utilitas tam Ecclesiae quam Communitati ex obsequio illorum, sine quibus Ecclesia et Conventus patiuntur incommodum.

4tum Pro procuratore Causarum huius Conventus petimus Prem Theodorum Dolmacki, ut bene peritum Juris qui poterit non solum Conventus huius Jura tueri, verum et aliorum Conventuum nostri ordis promovere.

Idoneos petimus Patres applicare Conventui nostro Vilnensi tanquam loco publico.

hisque punctis ingrossatis atque praesentibus actis inscriptis soluta est sessio.

Anno ut supra die 16 May Rndissimus Commissarius postquam fecerit scrutinium secretum de Vita et Moribus Fratrum, nihilque eiusmodi reperiret, quod aut difficultatem pareret, aut rigorem promereret, gratias agens Deo quod gregem suum indemnem ab hoste maligno servaverit, utque ulterius eos in gratia et benedictione sua conservet placatus, loca, sive habitationes Sanctorum Dei secundum Regulam sive Constitutiones ordis pro complemento actus praesentis, tum et suppellectilem Fratrum revidere instituit et processit.

Atque imprimis in cella Adm Rndi Pris Praepositi nihil superfluum aut religiosae vocationi contrarium reperisset, ut sedilia honesta pro excipiendis hospitibus aliquo tempore condigno compararet, eaque in suo habitaculo ut semper haberet admonuit.

In Omnibus cellis Patrum et Fratrum visitatis et perspectis nihil curiosum atque insolens Rndmus Commissarius reperit, in cella Pris Concionatoris repertum scandalum sed antiquum nempe fornax diruta, in quo A. R. Pr Praepositus accusavit malitiam Patris Simonis Hiewsonski et Pris Jur. In caeteris accusavit Pr Praepositus nullibi sese reperisse fenestras, sed omnes per insolentias ante capitulares, fuisse confractas, et funditus evulsas.

In cella Fris Bonifacij Bostak qui tunc infirmus decumbebat Rogatus A. R. Pr Praepositus, ut ei lectisternium honestum pro paupertate religiosa compararet.

In cella Fris Petri Grabski accusatus est Pr Michael Josefowicz a Patre Stanislao Baglinski, quod sibi in Lituania ante Capitulum pergenti, habitum novum nec dum totum dolo et astu quasi similem habitum Bogorii suum haberet commutaturus recepit, et non restituit. Eundem Pr Præpositus accusauit quod tempore Capituli propria authoritate mantoletum Communitatis in tunicellam transformauerit. Eundem accusauit Pr Concionator simul et Patrem Simonem Kiewlonski, quod librum Conventualem dictum Toletus nesciatur quo posuerint.

Quibus auditis Reverendissimus Commissarius totum id Negotium et accusationes eorum ad Visitationem in aliis Conventibus ubi nunc manent excutiendas reiecit, habitum vero Patris Michaelis Bodeforios in cella Fratris Petri Gibalski repertum ad manus A. R. Pris Præpositi Vilnensis detinendum tradidit.

Deinde Patres admonuit quatenus in Cellis suis sancte ac religiose habitarent, Meminerintque in eis reperiri Januam, per quam mortui efferendi et tremendo Dei Judicio sistendi, pro Coronide actus sui conformando se Constitutionibus Ordinis Dist. 3tia Capit. 10 ad Culpas audiendas more solito, impertiendamque eis absolutionem Generalem descendit.

Dum ad Culpas quærendas siqui in Conventu incorrigibiles non sunt processit Rndmus Commissarius: tum Pr Sudzma petijt ut necessaria ab A. R. Pre Præposito darent, quod Rndmus Patri Præposito commendauit, ut pro modulo et posse ac meritis uniuscuiusque non denegauerit quæ necessaria viderit.

Idem de summa sortis sub quam Monasterio Vilnensi intulit, conquestus: quod ab illa nullum fructum videat aut percipiat, sed quia interrogatus de reo Neminem ex manentibus tunc in Conventu accusare potuit, ideo petitum suum ad opportuniorem occasionem Rndmus reposuit.

Post hæc Rndo Pri Concionatori dedit potestatem Rndmus Commissarius ab omnibus casibus reseruatis Superioribus Fratres sibi confitentes absoluendi, tamdiu donec cum Eminentissimo Principe Dno Domino Conservatore ac Protectore Nostro super Reservatione Casuum locutus non fuerit.

Insuper Culpam suam dicenti A. R. Pri Præposito ac omnium Patrum et Fratrum sui Conventus exposuit Rndmus, quod semel neglectum fuerit matutinum intermissum, ad quod cum Pr Præpositus diceret se nescire, longe magis eum increpauit quod nescierit custos cultus Divini intermissum esse cultum Dei, quare Pri Præposito

pœnitentia

pœnitentiã iniunxit, quatenus genuflectens Coronam B.ssmæ V. MARIÆ diceret Pri vero Vice præposito, quod idem etiã ipse ignoraverit, nec Notitiã prout debuit sciat Psalmos Pœnit: recitare, et Cruce in terra prostrato Litanias Lauretanas B.V.M. dicendas imposuit. Pri Pl Sudyma quod Præpositũ suũ exacerbaverit disciplinam facere iniunxit, eidemq pro mansione ad Conventũ Pomemunens. supplicanti, licentiã concessit. Patrem Ostmacki in locũ eius ad Conventũ Vilnensem Ordinavit atq substituit. Puncta à Pre Præposito sibi porrecta ac superiq ingrossata ad futurã Convocationẽ in toto reposuit.

De Proventibus, summis, tum etiã alijs bonis ac Privilegijs sui Conventus Vilnens. ad Interrogatus Pr Præpositus se nescire dixerit totũ in futura Convocatione quatenus Rndmus Commissarius producendũ Instituit.

Deniq Omnibus suas Culpas dicentibus pro pœnitens. 5e Pater et totidem Ave Maria recitare iniunxit.

Tandem impertita Omnibus et Singulis Generali absolutione Paternam benedictionem dedit, ad Sanctitatẽ Observantiã Regulæ ac Constit. Sri Ord.s ad profectũ religiosis Necessariũ, tũ eam ad Dei et mutuã Dilectionem Omnes et singulos exhortans actui suo Coronam Imposuit.

Post Visitationem feliciter peractam deposuit Rndus Pr Paulus Leniewski querelam quomodo Ao 42 à Pre Melchiore Widynski invasus, et despoliatus: ibiq tum eidem pecunia Imperialiũ 34 florens. Nudis 150 à Præfato Patre Widynski direpta, eamq sibi restitui humillime postulavit

Accessit etiã Præfatus Pr Pl Sudyma hanc sibi gratiã impertiri postulans ut si nulla necessaria etiã in vim illatorũ à se trium millium dant: saltem inscriptio ab eodem Ordini data sibi restituatur, quâ habita vindicatoq debito posset sibi in futurũ providere Necessaria.

Hæc desideria Pr Comissarius ad futuram Convocationem reposuit,
sicq actui Visitationis Contus Vilnensis Coronam imposuit.

CONVENTUS MIEDNICENSIS

In Nomine Domini Amen

Actum in Contu Miedniensi Particulari, in quo tantum duo Fratres habitant Ano Dni 1693 die 19 May. Descendens Rndmus Commissarius ad perficiendam Visitationem in Provincia Lituana à se inchoatam, dicto hymno Veni Creator Clericisq de more absolutis lecto Instrumento Commissoriali sermonem Breuissimum Spiritualem ad Fratres Contus Instituit cuius tenor sequit

SERMO

ad Fratres Miednienses.

Adm Rndi in Xto Pres Fres mei Charissimi. Non est inane sed operosum nimis, hominem Viuere super terras, non cum otio, sed laboribus Continuis destinati, cum ejulatu et lachrymis effusi sumus in hanc lachrymarum Vallem. Avis ad Volandum, homo ad laborandum nascit. Et ne errori suggerat occasio, ne laboribus Infructuosis dediti, cuius qui in Vanum laborauerunt, cum dormirent somnum suum nihil inuenientes in manibus suis, conquesti sunt Dne! tota nocte laborantes nihil cepimus; Iussi sumus operari salutem animarum nostrarum hortante Apostolo, Operemur bonum ad omnes, quicunq ab Episcopo animarum nostrarum ad hanc electam Vineam Vocati sumus, Ite et Vos in Vineam meam O! Labor laborum, desudare pro Gloria Dei, laborare pro salute animae. Quid hoc labore praestantius? pro quo merces reddit ipse Deus; Ego ei ero merces; quid hoc opere difficilius? cui mors Voluntaria et plus quam sententia crucis, cum clauis et lanceis, cum spongia hysoppo et aceto plena, ita coniuncta sunt et connexa, ut nullo modo, nullo ense aut gladio, ad diuisionem Valeant separari. Decretum tulit saluator Mundi Xtus, ut operantes salutem, spinas calcent donec ad rosas peruenerint, decertent donec sertum gloriae obtineant, laborent, donec mercedem receperint; desudent, donec ad quietem peruenerint, Vias arctas atq periculosas offensas ambulent, donec ad securissimam amplitudinem peruenerint; abnegent semetipsos, donec eos Xtus confessus coram Patre fuerint; tollant crucem suam, donec in Resurrectionis gloria apparuerint, oderint animas suas, donec ad Charitatem indeficientem peruenerint, Omnibus deniq renuncient donec omnia possederint. Atq in his tot tantisq arduis, tam intense labori insistendum Ut ad Vltimum usq spiritum cessare nesciamus, qui perseuerauerit usq in finem, hic saluus erit, tanto fortiter atq strenue, ut simul trepidemus memores, quod serui inutiles sumus, quia non est currentis, sed Dei miserentis, non quia nos non debemus Velle aut currere, sed quia ipse in nobis operat Velle, et currere, sed quia ipse in nobis operat Velle et currere. Habemus adiutoria gratiarum atq donorum Dei auxilia, communis sanctorum, exemplar operum Dnum Jesum Christum, ut vel tedio, vel ponderibus non consumemur. Dum singuli remis Velisq pro aeterna Patria agimus, socios laborum sequimur et trahimus, sed hoc terribile, atq metuendum, quia dum omnes laboramus ad Tribunal, ad rationis Vltimam diem, ad accipiendam mer

cedem Videamur

eodem vocamur et unus. Inter Fratres viuimus, sed soli ante Judicem districtum sistimur. Parum refert apud Dnum vitæ mortis, inter multos vel paucos Religionis consortia ducere, sed multum refert bene operantem meritisque plenum reperiri. Et illi, qui ex Cænobio centum Monachorum horâ mortis egressi, et illi qui ex eremo aut solitudine ex ergastulo aut tuguriolo, soli et sine teste homine degentes obdormierunt, pro mercede, ad retributionem operum processerunt. Non inter quantum numerum, non in quam speciosis muris aut ædificiis, sed quam bene, quam utiliter animâ tuâ viuas, Deus rationem postulat. Bonus est, dulcis est, rectus est Dnus omnibus qui inuocant eum, ubique et à quolibet amari debet. Vota nostra Religiosa, quibus nos sponte Deo litauimus, non in murorum parietibus suspendimus, non in Cathalogo numeris absoluto et pleno possuimus, sed intra nos in animo portamus, ut quocunque vertimur, siue multi, siue singuli sumus, eorum quæ promisimus Deo memores, singula alacri animo, vigilique studio seruantes impleamus. Atque hæc est ratio Fres Charissimi, cur ad Vos in hoc misello loco tantum duos manentes, ad Jurisdictionem vram, quam nuper in Conuentu maiore Vilnensi peregimus descendimus. Hic porro exiguus et angustus locus ille est, in quo famuli et amici militant Dei, ex quo vel ad cælum vel ad oram, etiam unico morituro eundem. Sanctitatis Vræ bene conscius et patientiæ, quam in egestate et angustia hac libenter sustinetis, bona spe securus sum, quod opera vra Deo placita sint. Diesque pleni inuenient in vobis, sed ad muneris nri rationem exigat, atque idipsum, quod apud vos sanctum atque justum est, ad solatia Eminentissimi Principis Dni omnium nostri longe clementissimi inspiciam, famulante Deo, Vestrisque Sanctitatis auidissimam pupillam meam bona Domini videre faciatis.

Quo peracto à Pre Præposito ac Socio suo Jurisdictionem suam humiliter suscipientibus Rndmus Commissarius admissus, Excommunicationem solitam contra eos qui veritatem non dicerent fulminauit, Atque in primis à domo Dei eiusque Sanctissimo cultu incipiendo ad visitandam Ecclesiam Parochialem Miednicensem et inuentandam processit.

Absoluta itaque Missa Rndmus Commissarius Venerabile in Ciborio, Olea Sacra atque Fontem Baptismalem reuidit, honestissimè atque decentissimè omnia composita reperit, Ut autem Eminentissimo et Rndmo Principi de hoc exiguo Conuentu luculentius constaret, tam Ecclesiam cum Supellectili sua, quam etiam Monasterium cum omnibus attinentiis inuentari fecit.

INVENTORIUM
Ecclesiæ Miednicensis

Ecclesia sub titulo Sanctissimæ Trinitatis antiqua nimis, quæ iam labitur cum tecto et parietibus, nec reparari ullo modo potest, nisi fundata noua ædificetur.

In hac Ecclesia. Primum Altare maius antiquum Sanctissimæ Trinitatis. Ciborium simplex, in eo pixis deargentata ex aurichalco, studio Adm Rndi Pris Josephi Bildewicz moderni Rpositi Miednicensis parata, quia hucusque nulla fuit; Coopertorium argenteum cum Cruce super

Pixidem

Pyxidem radys et Melchisedech pro expositione Venerabilis de argento radys n. Nulli sun deaurati supra radios effigies Crucifixi argentea paruula ad latus prope Sacristiæ.
Secundum Altare S: Angeli Custodis, cui est annexa Confraternitas S: Angeli Custodis; Ipsum Altare ex asseribus simplici opere.
Tertium Altare antiquum et exiguum in quo Imago B. V: Maioris in eo Vota Argent numero 7 coronæ argenteæ 4 Ipsa Imago deuotionem spirans picturæ elegantis.
Quartum Altare Natiuitatis Xti antiquum similiter ex asseribus opere simplici Imago Natiuitatis Xti picturæ antiquæ.
Ambona ex asseribus opere simplici antiqua. in Choro minori Scamna aliquot destructa et antiqua. In Ecclesia Ipsa pauimentum nullum sed nuda humus.
Campanæ paruæ duæ, Maior Vna, Minor altera: Maior intra duo ligna in Cœmeterio, Minor in Copula Ecclesiæ pendens; Ministrantibus ad Missam campanulæ duæ, tertia pergenti Sacerdoti ad Infirmos.

Imago Portatilis S: Angeli Custodis.

Vexilla Num: 5 Primum ex Serico hns ex una parte Imaginem Assumptæ V: M: Imaginem ex altera parte B. Michaëlis Giedroyc hoc vexillum restauratum studio Adm Rndi Pris Præpsti moderni. Quatuor autem cætera parua ex maa dicta Blamet, cærulei coloris duo, Rubei coloris similiter duo.
Effigies Crucifixi sculptæ paruæ duæ antiquæ, quæ in altaribus ponuntur.
Vas pro Fonte ex Aurichalco. Vascula pro oleis Sacris 2. Portatilia duo

Inuentarium Sacristiæ.

Sacristia ipsa lignea Vetusta et collabens, fenestram hns Vnam ad Orientem paruam et Vetustam, In Sacristia solum Vnica mensa ad ponenda apparamenta Sacerdotalia.

Inuentarium Argenti et Æris Sacristiæ

Calices duo cum Patenis, Candelabra de aurichalco sex, Laminea duo, Thuribulum de aurichalco Vnum, Lampades duæ, Crux seu pacificale stanneum ad osculandum; Candelabra lignea 4. forfices Vnæ. Emunctoria duo.

Inuentarium Apparamentorum.

Casula Vna noua ex serica maa Vulgo dicta Tabin coloris rubei donata à M. D. Stephano Hanieuicz. Eiusdem coloris casulæ duæ cum suis requisitis, excepto quod ex ijs ad Vnam stola desideratur.
Casulæ albi coloris duæ. Casulæ Viridis coloris duæ Casulæ nigri coloris duæ
Item Casula nigri coloris tertia lacerata.

Albæ.

Alba nunc recenter comparata curâ Adm Rndi Pris Josephi Bilewicz Præpsti moderni filis sericeis coloris rubri intertexta. Deinde albæ simplices No 6

Superpelicea Maiora duo. Item minora pro pueris duo.

Tobaleæ ad nullum usum Valentes

Tela serica ad usum Monstrantij

Antependia serica duo, picta in asseribus duo, cætera ad usum non Valentia propter Vetustatem

Vela

Albi Coloris duo, Rubei Coloris 3 Cærulei Coloris duo, Nigri Coloris tria.

Fimbriæ filis aureis intertextæ duæ. Item filis rubeis sericeis intertextæ duæ.

Parvula Velamina rubea duo ad Imaginem Beatissimæ V. MARIÆ

Pluvialia.

Pluviale antiquum viridis Coloris unum Item Pluviale nigri Coloris sericeum unum.

Bursæ in universum — — No 11

Palæ varij coloris — — No 18

Corporalia — — — No 6.

Purificatoria — — No 20

Libri Sacristiæ et Monasterij.

Missalia antiqua — 2. Metricæ Confraternitatis cum Privilegio.

Libri Metricorum, tum Baptisatorum, tum Matrimonio Copulatorum.

Missael pro Concionibus. Literæ confirmantes fundationem Miednicensem a Serenissimis Regibus scilicet Vladislao, Sigismundo et Michaele, concessæ in Pargameno tres. Liber seu activatio earundem literarum in Curia Consistoriali Vilnensi simul transumptum variorum Processuum Protestationum, et Citationum. Introductio ad Acta Consistorialia Privilegiorum, et aliorum Munimentorum Miednicensium. Literæ obligatoriæ nunc necessariæ — No 12 Varia tum Privilegia tum alia munimenta — — No 25.

Inventorium Monasterij.

Monasterium circumcirca septum, sepibus simplicibus. in Monasterio Hypocaustum ad cubiculo, huius hypocausti fenestræ tres in plumbo et fornax. Ex opposito duæ cellæ quarum utraque habet fenestram unam, inter cellas fornax una, utramque cellulam calefaciens: in hac domo fores in cardinibus ferreis — No 6 cum reliquis requisitis ferramentis.

Depositorium in medio Monasterij, Ianuæ huius depositorij in cardinibus ferreis.

Horreum unum, cum planicie ad excucienda frumenta.

Braxatorium unum, in quo Cacabus cum pileo et tubis æneis. Stabulum et Hypocaustum nigrum pro famulis.

Alia Suppellex Monasterij.

Dolia in Universum No 14 Vasa pro farina deponenda No 2 Dolia Minora pro Cremato No 2 Urnæ No 2 Mallucij lignei No 2 Mactra 1 Canalis alias vas brazatorium vulgo koryto. Infundibula No 2 Cantari No 3 Tripes æneus Unus, Secures No 3 Culter culinarius vulgo Sekacz. Cribra 2. Seræ No 2 Mensæ depictæ 2. cum arculis infra: Sedilia duo minora Manis Unum. Patenæ argillaceæ 6. Orbes lignei 17.

Jumenta.

Vaccæ duæ. Equus Unus pie defuncti Pris Olszewski. Vitulus Unus. Anseres Galinæ No 4. Galus No 1. Recenter curâ Adm Rndi Pris Josephi Bilewicz Praepositi moderni procuratæ oves No 3. Sues No 7.

Agrorum huius Conventus Lanei vulgo dicti Włoka No 3 et 1/2.

In eodem agro advenæ subditi 5 ex quibus fructus nullus.

Siliginis seminatæ pro Conventu tonnæ No 2.

Nunc cura Adm Rndi Pris Praepositi avenæ seminatæ tonnæ No 6 et 1/2

Hordei tonna No 1.

Pisorum Mody No 3

Ocymi ad seminandum habet tonna No 1.

Anno ut supra die 20 Maij quæ fuit dies Mercurij Rndmus Commissarius postquam præsens Inventarium Ecclesiæ et Monasterij confecerit, processurus in actu Visitationis suæ præmissis solitis orationibus præsentem sessionem instituit, atque in ea Primo de Proventibus et expensis Conventus Miedniciensis, tum etiam summis capitalibus eidem Conventui Inscriptis Prés Conventûs quæsiuit, quibus referentibus, hos proventus et summas reperit.

Apud M: Dnam Pieglowska, Viduam, olim Generosi Casimiri Pieglowski Subdapiferi Cernihoviensis coniugem in bonis Haraburd Visski dictis eorum hæreditarijs summa Conventui Miedniciensi inscripta reemptionali flo 250 à quibus census annuus percipit flo 25 Iura et inscriptiones super hanc summam non existant, quæ tempore hostilitatis Moschoviticæ deperierunt, solummodo protestatio suæ prædictis Iuribus in officio Castrensi Vilnensi exstat.

Apud M: Dnum Owerkowicz super bonis dictis Polany. Annuus Census flo 6 à Summa Capitali nescitur qua, quia nec Iura, neque documenta habentur, neque census percipitur iam ab annis quatuor, sed solum ex usu solutionis anterioris exstat de hoc censu.

Et tantum Universi Proventûs: præter Conventiam exiguam nimis, quia propter paucitatem agrorum vix sex Corcy Siliginis Sendomiriensis seminari possunt. Prata nulla, Lacus,

piscina

Piscinæ nullæ, Silua nulla, neq[ue] incisio ad illam, Fundatum hoc Monasterium à Vladislao Jagiełło ab Annis 303

Quo expedito Rndmus Commissarius ad domum Dei viventis, nempe vitam Religiosam mores atq[ue] pietatem examinando per scrutinia sequentia ac secreta progressus. iuxta hæc.

Interrogatoria.

1mum Utrum officia Divina diebus Festivis non intermittant aut negligant necne?

2dum V: Eleemosynæ provenientes ex obligationibus piorum non diripiantur necne?

3tium V: In administratione curæ animarum neglectus aliquis non committatur necne?

4tum V: Obligationibus perpetuis satisfiat?

5tum V: Obediatur Superiori locali prout obediri debet.

6tum V: Constet de Machinatione Pris Niszyny in Provincia ratione Infulæ reassumendæ?

7mum V: Compotationes vitentur?

1mo Vocatus Rndus Pr Roginski ad 1mum dixit officia semper impleri, riteq[ue] peragi ad 2dum Eleemosynas non diripi sed Superiori præsentari. ad 3tium Vigilantiam in administratione curæ animarum omnem dixit atq[ue] promptitudinem. ad 4tum dixit nullas esse obligationes perpetuas. ad 5tum Obedientiam debitam Superiori reddi. ad 6tum dixit se audivisse à Pre Georgio Bidwicz quod viderit literas Pris Monkiewicz scriptas ad Prem Niszynium cum titulo eiusmodi PerIllustris et Rndmo Dno Dno Niszynski Præposito Infulato perpetuo. ad 7mum se ipsum accusavit quod iterum contingat crapulam gravari, sed sine scandalo, et hoc in cela sua et sine intermissione Divinorum.

Pr Aegidius Roginski m.p.

2do Vocatus Adm Rndus Pr Josephus Bidwicz Præpositus localis. ad 1mum Interrogatus dixit nunquam intermissum esse officium illudq[ue] rite ac debite semper absolvi. ad 2dum dixit habere suspicionem sup[er] Prem Roginski, quod non semper reddat Eleemosynas pro missis, contra quem conquestus est, quod redux ex Capitulo, proprio ausu sensum fl 25 à Dna Pieglowska acceperit, monitusq[ue] de restitutione cum restituere neglexerit ad 3tium In administratione curæ animarum omnem diligentiam, ac vigilantissimam solicitudinem adhiberi dixit. ad 4tum Obligationes dixit nullas haberi, ad 5tum dixit se inhonoratum esse multoties à Pre Roginski, nescit utrum ex ruditate, utrum ex inobedientia et rebellione ad 6tum dixit se vidisse et legisse literas Pris Łostecki apud Prem Deborowski, quæ erant non obsigillatæ, in quarum titulo scriptum erat. PerIllustri ac Rndmo Dno Melchiori Niszynski Præposito Infulato Videnensi perpetuo. Intus vero literarum tenor hic erat. X. Przeor Krakowski dotiśimus iest tam. X Definitor troche się urada, że tam onego złoby nie prosiłes i adge z Łowicza do Wodziemisek, ale bardziey przez niem onego kiedy się z nim obaczę. Tam do mnie pisuy na małych karteczkach, bo poczta sita do sstwie

A ia bede sie starał we wszytkim w czym mnie badess mi sobie słuzyc, et hæc ante celebrationem missæ cum iuramento affirmavit, apposuitque eas literas visas a Pre Deborowski Sacrista Vilnensi, has literas non obsigillatas Pr Deborowski apud se habuit, Patri Kidymo reddidit: Apposuit insuper audivisse se a multis fratribus quod Pri Kidymo abs aliis etiam PP. ex quibus singulariter nominavit Prem Monkiewicz eiusmdi tituli Præposituram Infulati perpetui tribuat. Ad 7mum dixit scandalosas compotationes non esse factum. Incusavit denique PP. duos Prem Basewicz et Prem Piwko, quod ex popina etiam de noctu nunquam exierint, scandala innumera commiserint, præcipue Prem Piwko accusavit, qui ille in tanta scandala processerit, ut etiam a feminis ligaretur et campana pulsaretur pro convocanda plebe ad sedandum tumultum. accusavit insuper Prem Basewicz quod ille 5 dolia siliginis pro sola compotatione in hoc pauperculo conventu vendiderit, hæc autem scandala commissa sunt tempore ipsius capituli, quorum testis est plebs universa Mednicensis.

Josephus Bilowicz Præpts Mednicensis mp

Eadem Patrum Basewicz et Piwko scandala, compotationes, crapulas enormes, percussionem hominum multorum et quidem gravem, et divenditionem siliginis affirmavit etiam Pater Roginski vocatus.

P. Ægidius Roginski mp.

Item Adm. Rndus Pr Præpts Mednicensis cum Pre Ægidio Roginski cum gravi animi sui dolore accusaverunt Adm Rndum Prem Augustinum Kutkiewicz Priorem Cracoviensem modernum, quod

NB ille existens adhuc Præpositus Mednicensis acceperit summas pro ædificatione novæ Ecclesiæ a quibusdam Nobilibus ex sola commiseratione collabentis Domus Dei oblatas. Nempe a M. D. Zabietowicz flor. 150 a Dno Matusewicz 100 easque pecunias secum asportavit, neque hucusque reddidit, unde a dictis Nobilibus semper collabentem Ecclesiam inspicientibus continua exprobratio, quod indigni simus, ut aliquid nobis offeratur, et in aliis offerre volentibus scandalum, et retardatio.

Contra eundem dictum quod resignando Prioratum suum Mednicensem atque

NB pro capitulo pergendo, vaccas conventus Mednicensis No 4 boves No 3 equos tres vendiderit, conventui eidem applicatos, quod etiam subditi vocati deposuerunt. et totum conventum satis depauperatum spoliavit nihilque usque ad hanc diem reliquit. Monitusque de bobus a Pre Ægidio restituendis aliquando, respondit esse aliud frumenti a se relicti, quo vendito boves comparari possent; qui cum venisset ad Monasterium nullum frumentum invenit. Quod totum ita esse testamur et ut hæc nobis damna restituantur humillime supplicamus.

Josephus Bilowicz Præpositus Mednicensis mp

P. Ægidius Roginski mp.

Quibus auditis Rndmus Commissarius diligenterque apud se discussis ac deliberatis ad singula quæ ex depositionibus Fratrum cognita sibi habuit tale tulit Decretum.

Monet P.r Aegidius Roginski quatenus Praepositum suum ut vices Dei gerentem omni honore et reverentia debita prosequatur. Crapulam vitet ne in vitium enormius incidat, eidem Praeposito in rebus Regulam et Constitutiones ordinis concernentibus obediat. Pecunias fl. 25 ex censu a se receptas, quas ipse vocatus accepisse se fassus est omnino restituat, pro eoque quod non observando deliquerit 3 Coronas de beata Virgine eademque Litanias Lauretanas pro defunctis suffragiis indigentibus dicat. Punctum vero in quo accusatur P.r Prior Cracoviensis de spolio Conventus Medinicensis ad decisionem Eminentissimi Principis praesenti decreto suo in toto reponit. Librum in quo conscriberentur mortui in ecclesia seu cemeterio sepulti, procurari atque conscribi mandavit. Reformationes pro Conventu nullas reliquit, praeter eas, ut sancte ac sobrie vivant religiosi vocationi suae in omnibus satisfacientes.

Deinde Adm. Rndus P.r Praepositus Regestra Proventuum et expensarum conscripta trutinanda ac subscribenda Rndmo Commissario porrexit, quae uti ordinatissima reperta cum Metricis Baptisatorum et Copulatorum Matrimonio sunt subscripta.

Commisit insuper Rndmus Commissarius Adm. R. P.ri Praeposito recuperandas pecunias post obitum P.ris Olszewski apud quosdam relictas, easdem Conventui incorporandas mandavit.

Post haec conquestus est A. R. P.r Praepositus contra P.rem Troianowski, qui post obitum praefati P.ris Olszewski 4 aureos, cistulam et inserata caeteramque suppellectilem sine scitu Superiorum suorum rapuerit, et apud se detinuerit, quae eidem Rndmus Commissarius sub poena excommunicationis et carceris restituere mandavit.

Cum P.re Koszecki qui Breviarium eiusdem piae Defuncti P.ris rapuit, et non sit nunc eius Provinciae alibi de eo agendum reservavit.

PP. Pusko et Basewicz pro excessibus suis in suis Conventibus iniungendas poenitentias distulit.

Denique Coronam impositurus praesenti visitationi suae ubi de culpis requisiti Patres nullas auxiliante Deo in se esse dixerint. Hortatus est eos Rndmus Commissarius ad profectum Religiosum ad observantiam Regulae et Constitutionum; quibus insuper genuflexis secundum obloquentiam Constitutionum ordinis culpam suam generaliter confitentibus pro poenitentia 7 Pater et Ave iniunxit, absolutionem in forma solita dedit, et sic omnibus benedictionem tribuens ad Gloriam et Honorem Dei ac Emolumentum S. ordinis Sessionem hanc et Visitationem huius Conventus finivit.

Ao Dni 1695 die 22 aprilis in Conventu Vilnen. ad pulsum campanae horis antemeridia-
conventuali nis solitis absentis Ordinibus Rndmi D. Commissarij ad inquirendam summam Capi-
talem Conventus in Synagoga Judaeorum Vilne Locatam, ejusque expensas cognoscendas et
census ab eadem Judaeis indagandos processit et advocatis Judaeis atque in praesentia
sua eadem Regestra sibi produci adinvenit. Praefati igitur Judaei Synagogae Vilnen.
personaliter comparentes in praesentia Rndmi praescripti Dni introgati erant Anno
an exsolvissent censum reemptionalem a summis suae Synagogae sua Locatis. Respon-
derunt in termino S. Joannis Baptistae quotannis persolvimus censum a summa Capita-
li Septem Decem Millium, in festo S. Thomae Apli ab Octo Millibus, atque
in praesenti Anno utriusque cadentes termini censum debitum in toto adhuc antecedenti
termino persolvimus, a quolibet mille per Centum. Quod constat ex quietationibus eo-
rum a Rdo Praeposito datis. Insuper produxerunt nonnullas chartas tum ab ipso Rdmo
Praeposito moderno tum etiam ex mandato suo ab aliis cum subscriptione tamen manus pro-
priae Rdi Praepositi, et chartas a Conventu data, et charta Mgri Patris Lazewicz
in summis sequentibus, vel ex capitali summa, vel ex futuris Anni 96 et
si hic persolvi fecerit, tunc sequentibus iisdem Judaeis persolvendis, vel reluendis
censibus, vel ipsis summis Capitalibus. Summarium vero in universo auctarum
ordo sequitur talis. Tymp. 2280. Solid. 646. Conventus autem modo da-
vit cum restitutione quam proxima Floren. 150. In summa Decem Millium
defuerunt Floren. 290. Summa summarum facit Flor. 3366. Qui-
bus itaque consideratis et visis, ne aliquod subsequatur damnum et quidquam de
summis Capitalibus accedat, Rndus Comm. sancivit, et de facto decrevit sancit et decernit, ut nemo summas tam
Rdo Praeposito quam quisque Conventualis privata sua persona autoritate,
apud praedictos Judaeos et Dispensatorem Synagogae Vilnen. sub praetextu necessi-
tatis pro expensis Conventualibus post chartas ascriptas audeat, et praesumat acci-
pere, sub nullitate ejusmodi Syngraphae. Eosdemque Judaeos monitos fecit de
ejusmodi suo mandato et interdicto, sub amissione commodatae summae, nisi
sit charta a Rndo Rdo Praeposito, Vicepraeposito, Concionatore et quarto
Patre aliquo seniore cum sigillo Conventus sit subscripta. Nihilominus po-
terunt commendare ad chartam Conventus capitulariter a Patribus residentibus
in absentia Rdi Praepositi, aut praedictorum quatuor manu subscriptam, et sigillo
munitam. Urgente necessitate praedicti Judaei mutuum dare necessitati instanti
Conventus pecuniam. Inquirendum fidelem

Silvester Concessus Godlewicz Commiss: Vis Prov: Praecianlis mppria

Joannes Thaddaeus Tryzna Praepositus Vilnensis mppa

Paulus Lenczewski Vicepraepositus Ejusdem Conventus mppa

Adalbertus Malewicz Concionator ejusdem Conventus mp

Jacobus Tur, Can. Reg. mppa

Theodorus Dobrowski Can. Reg. Lat.

Rndmus Comm. Anno Dni 1695

Czynię Wiadomo tą moią kartą iżem od Kahału Wilenskiego w te czasy na potrzebę rzeczy swoie Szesc Talarow bitych Wziął. Na co się tą moią podpisuię 28 Martij 1695.

Ja niżey na podpisie mianowany Czynię Wiadomo tym moim kwitem Wziąłem od JJ. Starszych Synagogi Wilenskiey na potrzebę moią wł 20 Talarow bitych ktore to pieniądze mam płacić lub w samey summ od JJ. Starszych podług obligu onych mnie danego przychodzącey lub te wtrącić od tey summy przynależącey potrącić, a gotowe pieniądze ten dług moiey płacić. Co dla lepszey wiary podpisuię się. D. 20 9bris. Wziąłem Sta

Ja niżey na podpisie mianowany Czynię wiadomo tą moią kartą iż z woli całego Konwentu Wilenskiego od Kahału Wilenskiego 20 Talarow bitych Wziąłem ktore pieniądze wyżey pomienione w dzień S. Tomasza Swiętego przyjęte przy porachowaniu Summy 8000 Co dla wiary podpis 27 Augusti 1694.

Ja niżey na podpisie mianowany Czynię wiadomo tą moią kartą iż wziąłem od JJ. Starszych Kahału Wilenskiego na potrzebę moią własną 60 talarow bitych ktore to pieniądze mam płacić od summy należącey potrącić. Co dla lepszey wiary etc. 7 Septemb. 1694. X. Tryzna

Anno 1694 Zaliczam przez X. Piotra pisanym imieniu X. Tryzny z dowa Kalce oddano Talarow bitych 4.

Ja niżey na podpisie Czynię wiadomo tą moią ręką własną pisaną iżem Pana Lewka Eliaszowicza Szafarza Kahału Wilenskiego wziął talarow bitych 100 z rozkazania JmX Tryzny 21 Septem. 1694 X. Piotr Pibals

Jan Thadeusz Tryzna Czynię Wiadomo tą moią kartą iżem wziął od Kahału Wilenskiego za pożyczkę Talarow bitych 25 od ktorych Talarow bitych zwyczay każę kartę dać 31 Augusti 1693 X. Tryzna.

Ja niżey na podpisie mianowany Czynię Wiadomo tą moią kartą iżem wziął od JJ Starszych Kahału Wilenskiego na potrzebę swoią Talarow 50 bitych

25 9bris

Ja X. Thadeusz Tryzna Proboszcz Wilenski Oznaymuię że tym wziął 8

od Żydów Kahału Wileńskiego z summy klasztorney 50 talarów bitych
Co Kapellanam tey kassy będzie przyięto 1694 22 Decembris. X. Tryzna

Proszę WMMści aby Kapellanom tey moiey kassy były dane osmnie 50 Talar
bitych do JmPanu Janowi Donatowi. X. Tryzna.

Z rationem Widłem parę Talarów bitych ktorego gotow przyiąć przy porachowaniu
X. Tryzna. Kallo pisał bez dnia bez Miesiąca.

Ja niżey na podpisie mianowany czynię wiadomo iż moią kartą iem wziął na
potrzebę Jeym Paniey Woiewodziney Trockiey Talar. bi: z Rosłatamia od Kahału 6.
26 9bris. X. Kiborowski.

Ja niżey podpisany wziąłem od Zakarza Żyda Rosłamia trzydzieści talar
bitych 5. 8. Julij 1694. X. Lidw Sibolski.

Za listem odebrał Kallo od Kahała Wileńskiego 30 Augusti 1694. Talar
bitych 10. Wytrzciąc z summy Osmiu tysięcy nad. Thomasz X. Tryzna

Za Listem wyżey X. Pisarza pisanym od Kahału Zoski dali Żydzi
Kuow sukna dwa, harusu łokci 6 do Koldowa 4 9bris 1694 computando
z cieli Talarow bitych 24. Szelągami do Kalkarus.

Wnie odkażą Panowie Starsi Kahału Wileńskiego przez ... dayicie Pa
Bernatowi Peysachowi Zatym assignatią Talerow trzydzieści bitych co będzie
przyięto w summie Zabawdziowie. Pisan w Jatwieskeu 1694. Mca Novem.

Jan Thadeusz Tryzna Proboszcz Wileński czynię wiadomo iż u Panow X. Tryzna
Peysachow biorę talarów bitych parę co przy rachowaniu będzie przyięto pisan
w 5 Novemb. 1694. X. Jan Tryzna.

Ja Jan Tryzna Proboszcz Wilen. czynię wiadomo tą moią assekuratią iżem
wziął w imien Kahałowi Wileńskiemu Czterysta trzydzieści która summa ma
przyięta aby z samey summy klasztorney albo odwoty nad. Thomasz. Dla lepszey
wiary ręką moią podpisuię Datt w Wilnie 29 Julij 1694. X. Jan Thadeusz Tryzna

Czynię wiadomo tą kartą moią i kwitem Jeymci Paniey Woiewodziney Trockiey
Theodory Zofiey Pacowey odebrałem od Żydów Kahału Wileńskiego Zł. pięćdziesiąt
czerwonych, które przemiędzy dałem Xdzu Kapellanowi 1694. 8 Martij

X. Jan Thadeusz Tryzna Prob. W

Anno Dni 1695 die 22 Aprilis ad instantiam Judaeorum toties memoratae Synagogae Vilnensis intuitu restitutionis Obligationis inscriptionis defuncti quondam Joannis Jozefowicz super 2500 flor. a Synagoga Vilnensi datae: Quam Obligationem authenticam ~~Judaeis~~ Pr Michael Jozefowicz nominatis Judaeis intra spatium a data praesentium ad decursum trium hebdomadarum omnino vindicet, recuperet, ~~[illegible]~~ et Judaeis restituat omnino, recipit, injungit, et decernit. Qui ut se vindicaturum submisit, et declaravit.

CONVOCATIO secunda

Anno Dni 1695 Die 25 Maij in Conventu Vilnensi feliciter celebrata

Actum Anno Die ut supra. Rndmus Commissarius ad pulsum campanae convocatis Patribus Provinciae Lithuanae ad commune Refectorium horis antemeridianis, praemisso Hymno Veni Creator et consueta Collecta, primam instituit sessionem; in qua omnibus et singulis Patribus Provinciae gratias egit Rndmus quod exhibuerint sibi obedientiam in termino comparendo, praesentemque diem sustinere sessionis ad recreandas eorum defatigatas vires donavit. Sobrietatem ac modestiam omnibus commendavit, exhortando ac in Dno monendo quatenus sub indignatione Divina potum crematum vitarent, nec eum sumere praesumerent, nisi de licentia super eo data ibi expresse. Mandavit subinde ut omnes et singuli nemine excepto in Conventu sub tempus praesentis Convocationis manerent, equos autem et currus in Civitate haberi debere declaravit. Contributionem pro victu florenorum polonicalium trium instituit, quam ut nemo detrahat memor paupertatis huius Conventus petiit. Horam secundam pomeridianam doctrinae spirituali assignavit. Hora vespertina ut omnes ad disciplinam conveniant mandavit. Eamque ad intentionem propagandi Ordinis sacri applicandam decrevit. Mandavit insuper omnibus et singulis ne auderent sine expressa licentia ad Civitatem de Conventu exire, si autem id necessitas exigerit, a se licentiam debere peti declaravit. et sic solvit praesentem sessionem in crastinum.

Anno ut supra die 26 Maij Rndmus Commissarius ad pulsum campanae convocatis Patribus Provinciae ad commune Refectorium post celebrationem Sacrificii Missae de Spiritu Sancto instituit sessionem in qua primo Exrector intimatorium R. P. Urbanus Balewicz deposuit intimatorias, quas per me Secretarium Rndmus legi fecit, post quam lectionem habuit Rndmus ad Patres sermonem sequentem

SERMO

Post sermonem finitum Rndmus Commissarius Deo gratias egit PP. Provinciae, pro ea obedientia quod in termino ad Capitulum Comparuerint eosque benedixit exoptando ut eos ad processum semper sit Assistens gratia Spiritus Sancti.

Postea Constituit Rndmus Procuratorem fiscalem Rndum Prem Lucam Philippowicz. Mandando eidem quatenus Causas tam Provinciae et Conventuum, quae eam Personam fideliter promoveret sub servando Secreto eundem Monuit.

Ordinavit eodem Rndmus ut PP. Provinciae servarent ad mensam Fres Conventuales, et ipsi ad Secundam mensam reficerent. Extra Conventum Omnibus et singulis egressum interdixit Choro ut omnes insint Mandavit. Silentium omnino servandum Praecepit. Cellarum ingressum interdixit. Lectores mensarum Instituit 1mae mensae lector Rndus P. Urbanus Balewicz. 2dae mensae lector Fr Benedictus Janiszewski.

Post haec Mandavit Rndmus Commissarius Rndo Procuratori fiscali Ut iam causas promoveret. Qui Procurator fiscalis 1mo Causam Promovit Conventus Vilnensis respectu Praedii Kyholemszta tenore sequenti.

Rndme Pr Supplicat Conventus Vilnensis quatenus Negotium Concernens Praedium Kyholemszta ad Conventum Spectante ex pia legatione Spectantis in hoc Venerabili Provinciae Consessu ante omnia pertractet: imminet enim Terminus Iuris assignatus et nobis periculosus.

Deinde ~~Deinde~~ Rndmus requisivit sibi praesentari Ius huius Praedii quod et praesentatum et lectum. Interrogavit Rndmus Prem Praepositum Vilnensem quid sibi Voluerit ex hoc Iure. Respondit Necessarium esse ut Conventui hoc Praedium obtineret. Videque eo fundamento quod insistit esse Actor qui sibi requirit restituendum Praedium. Dixit se posse via Iuris hanc causam differre. Sed PPres Provinciae periculosum dixerunt Iudicio cedere. # Intulit Pr Praepositus loci literas Actoris quas eandem legit, in quibus Actor requirit ne sine eo quidquam procedat.

Ideoque Rndmus Commissarius visis ac auditis rationibus PPrum Provinciae eis Consensum suum adiunxit. habereque amicam ac expostulationem coram Dominis Iudicibus Polocensibus et Tribunalicium, causamque per complanationem finire Mandavit ita tamen ut Vigilantia habeat ne summa Capitalis minuatur, ut ab actoribus expensis procedit ad Actorem Legitimum ut sine mora Mittat Pr Praepositus quatenus insistat complanationi eum literalis requirendo, siquidem eadem Ipse in literis suis expostulat, Terminum ad Complanationis ut ad adventum eius prolongari curaret Pr Praepositus Rndmus Iniunxit # eo quod Decretum Terrestre Oszmianense a tutella pupillorum iam vindicaverit.

2do Causam Promovit Archivi Provinciae Lithuanae Pr Procurator fiscalis tenore sequenti.

Rndme Pater Institutum Archivum In hac Provincia Nra Lithuana Decreto Eminentissimi Celsitudinis Suae Ordinatum et a Rndma Pte Vra in Praeterita Convocatione in hoc Conventu Vilnensi locatum visitandum et Coordinandum publica exigit necessitas.

Post Promulgationem huius Causae Rndmus dixit in Archivo Provinciae debere esse Iura Provinciae, Acta Provinciae, Inventoria Omnium Conventuum, ut ex iis merita et demerita videantur, ut qui meritis promoveantur, demeriti demoveantur. In Archivo Generali Acta Generalia debere deponi adinvenit. Sed quia in Praeterita Convocatione locus Archivi Conventus Vilnensis Consensu omnium assignatus. Ideoque Interrogavit Rndmus A. R. P. Praepositum Vilnensem Quare huiusque depositoria non parata? Respondit P. Praepositus quia A. R. P. Praepositus Vilnensis promiserat

ad inbere conscii. At Rndg Pr Praepostg Videm. hanc dedit radne quia n habebat huiusq ho
qui Iura Antiquitatis legere possit qd eo tempore opportuniori revisa ac inventata qu
rum Inventorum ordinatissimum praesentavit et Rndmo dedit et produxit sua diligentia labo
ac sumptu comparatum. Ad revidendum archivum descendit, sed quia A. R. Pr Prae
positus Iurevicz tunc secum clavim n habuit revisionem Iurium in aliud tempus commodius
Rndmus distulit.

Adm Rndus Pr Praepositus Videmiensis subintulit ut Iura Conventus sui in Conventu Vidensi depo
~~tum ex eo~~ quia ibi etiam haberi possunt Clavarij. locusq securius ad servanda, ea tamen ex
ratione petijt quia semper in metu Conventus Videmiensis respectu Praedonum fuerunt.
~~Senten~~ Subinde Rndmus ubi securior locus videatur an ad Vilnam Rndissimo ab omnibus Patribus
Provinciae qd est securior ab igne locus Videmiensis. Atque Rndmus Archivum ad Con
ventum Videmiensem transferri Clavarij autem Archivi Patres Provinciae emeriti.

3tio Promulgavit Pr Procurator fiscalis ut inspiciat Inventoria Conventuum Rndmus
et videat proventus idque tenore sequenti.

Rndissime Pater Postulant Patres quatenus inspiciant proventus et expensas cuiusque
Conventus et secundum illas Fratrum dispositionem faciat. Quod quia complexa Materia. Rndmus ad
horas pomeridianas reposuit.

4to Promulgavit Procurator fiscalis Causa Noviciatus tenore sequenti.

Rndme Pr Postulant Patres quatenus in hoc Venerabilem Conventum Noviciatus rite
atque legitime instituatur. hanc causam Rndmus discutiendam ad horas pomeridianas reposuit
et sic solvit sessionem.

Anno ijs ut supra horis pomeridianis Rndmus Commissarius ad pulsum Campanae instituit
sessionem in qua Clementinam de receptione Noviciorum legi fecit ubi habentur duo puncta. Imum Ne Reli
giones aggregent Novicios quos alere, et eis sufficientiam dare n possunt 2dum Ut eos n sus
cipiant qui spiritu Religioso imbui nequeunt.

Legi fecit Deinde Rndmus facultates Eminentissimi Principis Nuntij suscipiendi
Novicios. Post cuius lectionem Interrogavit Rndmus an sufficiat Provincia Lituana ad sus
cipiendos Novicios? Responderunt Patres n sufficere Provinciam in alendo plures qui nunc sunt. quia
ad Conventus suos omnes id Praepositi deposuerant. A. R. Pr Praepostg Videmiensis contradicens re
spondit appellando Registra Proventuum et expensarum sui Conventus. R. Pr Georgius Bilowicz intulit
qd possit plures ali si bene proventus videantur.

Rndissimus Commissarius declaravit debere haberi Noviciatum in Lithuania, ne irrita
facultas Eminentissimi Principis Nuntij eodem, qui Eminentissimus ad supplicandum Patrum Pro
vinciae Lithuanae annuens eundem aperiri concessit.

De Loco Noviciatus Patres omnes et singuli Interrogati Quem Conventum videant sufficientem
in quo haberi possit Noviciatus? Responderunt Omnes in Conventu Videmiensi tum ex eo quia
hic Conventus sufficiens ad alendos, tum eo potens aedificare necessariam domum pro Noviciis.
Rndmus eam eundem Conventum Videmiensem pro Noviciatu assignat ubi ut aedificium A. R.
Pr Praepositus loci quantocius curet, declaravit atque iniunxit.

De Magistro Noviciorum Rndmus Interrogavit quem eum eligant. Candidati advenerunt
Quatuor Rndg Pr Paulus Lendzenski Praepostg Vilnensis habuit vota 9. Rndg Pr Georgius
Bilowicz habuit vota 4. Rndg Pr Deboronski habuit vota 4 Rndg Pr Augustinus
Drobyszewicz vota habuit 2.

Rndmus Commissarius ad Crastinam deliberationem accepit, qui debeat ex his creari Magister Novi-
ciorum Qui et quales Novitios ad Probationem suscipi. De modernis eam Noviciis, quas spes se de-
claraturum Rndmus promisit, quod de eorum probatione sentiendum.

De Damnis Conventuum adhuc reparabilibus.

1mo A. R. P. Praepositus Shemianensis proposuit indigere praesentis Congregationis Consensu
et Rndmi Commissarij Confirmatione circa Commutationem agrorum ex ea ratione quod sint agri nostri Sa-
chownicae S. sunt in multas partes divisi ⊕
Intulit A. R. P. Melchior Woynicki Praepositus Videmensis circa eundem Conventum Necessaria
esse Authoritate Eminentissimi Principis, quatenus eadem fundatio Ecclesiae et Conventus Shie-
mianensis ⊕ Commissio Regni valeat approbari, quia hucusque a diversis benefactoribus coagulata, non eadem
unum fundamentum redacta.

2do interimunt. R. P. Vicepraepositus Michaliszkensis proposuit quomodo limites Praedij Wainiddse per Vanis Conty Michal
Villa Dni Tyzenhauz dicta Villince silvam sibi dicti Praedij usurpat, ex qua
ligna evehit, et sic sylvam devastat.
Ad haec dixit A. R. P. Cyprianus Woyna Praepositus Michalisz., quod dicti rustici iam semel ad suum
haeredem incusati, pro eo puniti.
Eiusdem Praedij Agros sibi usurpant rustici spectantes ad bona Specialia V: Capituli Vilnen-
sis, quae hucusque fuerunt in possessione Illmi Dni Wyszpin Episcopi Samogitien-
Commissio circa hos agros requirit, quae aliquoties postulata differebat.
Ad haec Rndmus Commissarius sic decidit ut A. R. P. Praepositus curet quantocius rescire cui
nunc haec bona cesserunt, eumque adeat et de his agris sibi restituendis tractet.
Hoc etiam damnum dicti Praedij Wainiddse promulgatum, quomodo ab aliquot annis rusticus quidam
agros dicti Praedij elaborans, sine permissione sylvas etiam Wainiddensis in agros excidit, qui
nunc se ad alios divertens Nempe
Rndmus Commissarius hoc debere vindicari declaravit idque serio A. R. P. Praeposito praecepit.

3tio A. R. P. Martinus Kloper Praepositus Pomeniunensis per Procuratorem Fiscalem deposuit
deberi a mille florenis a Mgfco Dno Joanne Osieblowski pro annis quinque fl. 300
Super quibus Rndmus Commissarius ad Consistorium adeundum Capitulum Mgfcum declaravit.
De Summa florenorum 400 apud Mgfcum Dnum Michaelem Raiecki Mareschalcidam
Lidensem a qua a 7 annis censum P. Praepositus praefatus non percepisse se dixit.
Ad haec Rndus P. Stanislaus Gaylicki Praepositus Shemianensis intulit, quod P. Praepositus Pomeniunensis
summae Capitalis florenos 200 accepit a praefato Mgfco Dno Raiecki, literasque obligatorias
immutavit. NB.

De taberna Pomeniunensi et propinatione Rndmus R. P. interrogavit. Unde ab anti-
quo fuerit Propinatio libera? Reddit A. Rndus P. Carolus Sipocki Vicarius Videmi-
ensis ab annis 45 bene recordor propinationem dicti Conventus liberam.
A. R. P. Raphael Radkiewicz dixit quod nulla sit prohibitio omnino omnium fructuum liber usus
et testes super eadem abunde habent.
De Perceptione a Nundinis quae fit in festo SSmae Trinitatis et in festo Assumptio-
nis BVM. V: M: Interrogati a Rndmo PP.? Responderunt Rndus P. Lesenski
Rndus P. Gaylicki P. Raphael Radkiewicz et P. Georgius Pilwinicz, qui illi Conven-
tui praeerant, quod Judaeus Arendarius Pomeniunensis gustanis ne ei Impedimento fiat, redimebat perce-
ptionem a Nundinis. De Filiabus Ecclesiae Pomeniunensis

Interrogavit Rndmus PP Provincialis an debeat intromitti, an aut conservari.
Responderunt PP. Quoniam multum fructum Conventui Pomemunensi afferunt ideoque non debere eas intim
Rndmus Commissarius Quod admonuit eas conservari, sed velut pro filias Matris Ec-
clesiae Pomemunensis vacet a Divinis sex Conventus in Conventu Pomemunensi Presbyteros debere
manere decrevit quod praesens Decretum declarat.

De Lapidea Pomemunensi quam habet in Civitate Vilnensi Proposuit A.R.
Praepositus loci: Utrum liceat eam vendere? Declaratum quod liceat.
Decrevit eam circa eandem Lapideam adeundam M. Dnum Hsaaltonski, cui debeat pro
in ruina lapideae; absoluto obligationum a quibus nihil percipit, proponendum eundem M.sco
admonerit, ut facius recipiant sibi lapideam, nobis autem summam restituant, a qua possint
Census percipi, correspondens obligationibus, cum obligationes habeant in hebdomadam duas, ex la-
pidea autem nullum centum florenorum accipiunt. Et id munus obeundum commendavit A. Rndo Pri Mi-
chaeli Gayhich Praeposito Shemianensi

Aliorum Conventuum Negotia quoniam ad praesens connotari non potuerunt. Mandavit Rndmus
Commissarius quatenus singuli Adm Rndi Pres Praepositi suorum Conventuum Negotia et Extensio-
nes in libello conscripta Mihi Notario in Actis ingrossanda traderent. Discussionem illorum
omnium Negotiorum In Crastinum reposuit et sic solvit sessionem.

Adm Rndus Pr Raphael Radziewicz Praepositus Miednicensis circa Conventum suum
Miednicensem tales Protulit praetensiones.

1mo Siehrzysski Praedium cum Sylvis, Agris et Pratis Regalis Fundationis, nescitur qua-
liter a nobis recessit, quod Praedium modo habet in Possessione tum Dni Nowadinski, tum
Dni Hrycki, tum etiam Dni Narkiewicz.

2do In Dubinki habet Stagnum dictum Pojsino quod nunc in Possessione Dni Abra-
mowicz, in Wormiany habent duo rustici spectantes ad Conventum Miednicensem quorum possessor
dictus Dnus Abramowicz.

3tio Sub Civitate Osmiany dicta habent ad Conventum Miednicensem pertinentes duo laneos, quos
modo utuntur item PP Franciscani Osmianenses Partim Cives Osmianenses quo Iure
nescitur.

Adm Rndus Pr Josephus Bilewicz Praepositus Twerecensis pro Conventu Suo
Twerecensi haec deposuit.

1mo Fundatio Conventus Twerecensis facta est a Mgco Dno Georgio Wayszgaldowicz Equite
Lithuano circa Annum 1495 super decimis manipularibus in fundatione specialiter expressis
ad quas decimas tredecim Kmetones cum manipulo agris pratis adiecit. Item alios agros in fundatione
inscripsit, in quibus nunc agris sunt villae quinque reperiuntur subditi quinquaginta. Haec autem
Fundatio, cum Decimis, cum Curia cum agris subditis commutata est in Praedium modernum di-
ctum Orzwiet, in qua commutatione Praedy istius reperiebantur tunc sex rustici et non amplius.
Facta autem commutatio per Rndmum Hypolitum Rzepnicki Praepositum Infulatum Vidzensem et Vicarium
Generalem, et quosdam Superiores, in qua commutatione non reperitur subscriptum Ordinarii Gene-
ralis, locus tamen relictus erat pro subscriptione eiusdem. Cuius commutationis anni elapsi 76.
et ab hinc Decima manipularis non percipiebatur: ex parys Dzisna et Twerecz quae nunc sunt
in Possessione Monialium Regularium S. Benedicti.

Expellimus de hoc corpore huius Gotardi.

---

vt famulus tuus Gotardus ne [illegible]:

21a

+

Informatio ex Conventu Videmiensi circa lites, iura, limites, differentiasq agrorum,

1mo Ego Melchior Nizynski Praepositus Videmien curavi Fundatoris ab Illustrissimo ac Excellentissimo Duce Gedroyc Palatino Mscistaviensi in authentico Pargaminaceo instrumento, recognito officiose in Iudiciis Terrestribus Districtus Vilkomiriensibus, et adicato toties in diversis Actibus Subselliorum, Auctionem seu meliorationem perpetuis temporibus inscriptam Ecclesiae et Conventui Videmien, ad praesens ab Illmo Dno Siericki Palatino Minscen perpotentiam occupatam, iniuste vero ante avulsam contra S. Concilium Tridentinum, illam Auctionem inquam curavi recipi, ac vestitui, et usq ad terminum penultimum, et poenae infamiae perpetuae contra Dnos Butler et Offen etc iniquos tunc possessores iure ex partium controversiis adduxi; Sed quia infirma illorum iniquae possessorum res erat, recurrerunt ad Illmum Dnum Siericki Palatinum Minscen protunc Mareschalcum Magnum Electum et Actualem Iudicij Tribunalitij M. D. L., qui ius trasfundi in se curavit. contra prohibitionem Legis Regni, ne sub evincentia litis ullus audeat habere aut procurare possessionem Bonorum similium. Adiunctumq e lege pragmatica, ut iisdem Bannisationibus ac poenis, decretis latis, succumbat in tali contractu, quibus ipsi bannisati diffamati innodentur aut innodandi essent. Iam vero tum quia perplexitas et confusio Status inter Magnates ad praesens sit, tum etiam quia timetur ne occasione intentandae litis cum Illmo Dno praefato Palatino furor augeatur, visum e in aliud tempus causam praesentem ad vindicandum reijci.

2do. Granities seu limites agrorum sunt instituta compromissialiter cum Illmo Dno Metropolitano Russorum Unitorum in Bonis Kiesolki et ex adverso in Bonis Videmien ad villas Lassance et Pograbovcie, stabilitiq extius in perpetuum pacificandis, quod non effecerunt Antecessores ab annis quinquaginta continuo rixando ac damna vicissim sibi inferendo violentis invasionibus. Nunc vero geometrice granities dimensurata, et fossis magnis circumsepta. Instrumentum vero conscriptum et à Compromissoribus Iudicibus sigillatum ac munitum una cum Amicis ab utrinq rogatis post iuramentum praestitum per nros subditos in limitibus dictis, nunc datum e per me ad Acta Tribunalis Vilnen ingrossandum, necdum recepta et extracta ob festorum incidentiam in dies Iudiciorum Fori mixti seu Compositi Spiritualis.

3tio. Similiter habetur granities multis laboribus nunc finita cum Illmo Dno Daniele Gedroyc Exactore Pinscensi ad Agros Praedij Dakietry, sed nondum circumvallata fossis licet per Iuratum Geometram iam sit commensurata perticis, et signata, quod continuabitur facile et tabulis inscribetur Modile

4to. Cum Dno Vladislao Iwanowski nondum finita delimitatio Agrorum etsi compromissialiter incepta, sed est nunc praeambula nec scriptis authenticis circumvallata, suspendique visum e ad certum tempus ultimatam delimitationis litis determinationem, ex eo, quod revisis iuribus tardo passu et laboribus multis, inventa sunt inventaria granitierum antiquarum, ex quibus cognitio adhuc primo secrete, post aperte agrorum instituti debet.

5to. Similiter ex ijsdē antiqs rescriptionibus et literis authēticis deli
tationū prætensio est ad Dnū Kaczynski, Ad Dnōs Gaydamaicios,
Owantam, Ad contiguos agros et Prata Dnī Koscialkowski Excubit
Ulitkominē. Item in Palatinatu Vilnen ad Villā Druskie Bona
galia quæ sūt ad præsēs in possessione Illmi Dnī Pac Mareschalci Vil
miriensis districtus, et similit ad Assaimię ṗdiū eiusdē Illmi; Deni
in eodē Palatinatu ad Dnū Brzezinski.

6to Secundū primā fundatiōnē ad Sylvas Nemora Boros Gaios aula
ratos Videmien, quæ nūc ē in possessione iniqua Illmi Dnī Siesicki Palati
Minscē, licet ac liberū est pro utilitate et necessitate Conuentus Videmiē
evehendi cuiuscūq magnitudinis ligna arbores, accedere; Sed per Antece
res qui ad manū iura non habebant hucusq non fuit usus iuris sui

7mo. In Pusnie reperiuntur documēta pro taberna restituenda Conuentui Vi
et 4. Subditis Mansisq seu laneis 4. quæ nūc possidet Illmus Dn
Tyzenhaus Palatinus Novograden

8uo. Cum Perillustri ac Adm Rndo Dnō Horain Auditore Ca
rū Dioecesis Vilnē et Canonico Cathedrali multū ē ad sedādū et concluden
ū Agris Popinski, ubi semitres lanos illic Subditi adsciverunt sibi in
præiudiciū Eccl̃æ Videmien, Etsi toties ad differendos istorū agrorū petij Cog
tores Amicos destinandos à Perillustri Dnō præfato, nihilominus plus od
et aversionis contraxi, quā quidquā effeci. Ideo peto Perillustrem ac A
Dnū Commissarium quatenus dignetur sua qua pollet gratilitate efficere, ut ta
dem ultimato fiat determinatū.

9no. Peto ut in dislimitationibus quæ fiet, quæ vel dubia erit signorū au
Personæ ad iuramēta in gravitiebus non adiunctæ fuerint, explendū, Liceat
concludere per Amicos et Iudices Compromissariales

2do [illegible]
qd poste
slerend
eusd-em
3tio Pr
pue à
et cter
4to A
in fini
5to. J
per bo
vestigu
Atad
nen
Hic Ag
fensa S
Drig
ad dic
e ne lo
Dmus
et Spa
Item
A n
nocatin
antem
ferat
et ad
De
tudne
tri, un
licer
eius
rd b
statu
Sed
pbar
Vter
mand
In
ut
quom
Cia

2do Ex eadem antiqua Fundatione decima Inscripta Manipularis fuit sup bonis dictis Struna,
qu postea commutata est in pecuniariam et redacta ad Mille quingentos flores, a quibus 1500
florenos provisio solvebat 100 floren. qu Item neglecta est ab 18 annis et nullus hucusque
eundem fructus percipit.

3tio Praedij Moderni Orzwel limites et granicies sunt occupatae à diversis Nobilibus. Praeci-
pue à Perillustri Magnifico Dno Succamerario M.D.L. Item à Generosis Dnis Kochanskijs
et caeteris alijs Nobilibus.

4to Ad eundem Conventum est legatio facta à Mgfca Dna Klima Sewska morum Millium florenorum
in fuius possessione non extat vestigium Utrum aliquando fuit in Possessione fructus.

5to. Item est legatio facta à Mgfco Dno Stacewicz sup 1700 floren. fuias inscriptio su-
per bonis dictis Krycziany, quae nunc in Possessione Mgfci Dni Christophori Bielhowicz.
vestigium est jam in possessione fructus fuerunt, sed nunc a 20 annis nullus eiusdem est fructus.

Item Rndus Pr Melchior Midzynski Praepositus Videmiensis proposuit pro Conventu Vil-
nensi Ratione Agrorum Dequae in quibus inscripsit Rndus Dnus Modrzelski flor. 1000
Hi Agri sunt e Xulantibus Reclinatorio Concessi ad tempus: Nec possideri possunt, sine expresso Con-
sensu Reip: cum sint bona Regalia. Et non dum commensurata pro Interressatoribus. Produxit Mgfcus
Dnus Kulesza Iudex Starodubiensis e Metricis Fiscalem Authenticam Exdivisionem, deduxitque
ad dictos agros pertinere Dnam Wiszicka, similiter exulante. Produxit item Ius Regni, quo cautum
est ne locarent Bona Reclinatoriorum sine expresso consensu Reip:. Concludendo nihilominus dictus
Dnus Kulesza Intendit cum Conventu Viln. et licet non Mille Integrum florenorum, sed pro quantitate agrorum
et qualitate promittit se exoluturum, petitque illud negocium, quocitius concludi.
Item A R P Pr Praepositus e suo Conventu in Charta produxit Extensiones et negocia.

Ano ut supra die 27 Rndmus Commissarius more solito ad pulsum Campanae Con-
vocatis ad Communem Refectorium Patribus Omissis Omittendis ordinibus Instituit Sessionem horis
antemeridianis in qua Pr Procurator Fiscalis petijt Rndmum Commissarium quatenus Decreta
ferat pro Magistro Instituendo. Quod Negocium reservat Rndmus ad Ulteriores suas declarationes
et cum de Magistro Noviciorum sermo fuisset exivit Rndus Paulus Lendzenski Viceprs Vilnensis.
De Noviciis Interrogat Rndmus Utrum admittendi Novicij? Responderunt aliqui Patres
pro Placito Rndmi ulterius Committit. Quibus ita auditis Rndmus Commissarius insti-
tutionem Noviciatus nullam et irritam haberi declarat, tum ex eo quia Novicij licet paucissimi, diversi
tn, unus Videmiensis, alter ~~[illegible]~~ Vilnensis. tum ex eo quia Nullus Magister illorum habitus et Institutus.
qui licet fuerat Commissum A R P Pr Wysocka Praeposito Viln. tum Praesidenti Lithuaniae, praeneglectum tamen
eius non ordinatum. Novicium Utrumque nolle se acceptare Rndmus declaravit, ea ex causa, quod eorum
vocatio non constat, Utrum Imbuti Vita Religiosa nec ne. Ideoque Praesenti Immediato Decreto suo
Statuit ac decernit Rndmus Commissarius probationem horum Noviciorum non acceptandam, nec computandam
sed si volunt Novicij conservari in ordine, sit Necessum duxit Rndmus ut in integro anno de novo
probarent et sic se vere vocatos ostenderent. Et in hoc dixit Rndmus gradue illis praestare, quod ad
Ulteriores si voluerint admittat probationem, Institutionem autem illorum ut fiat secundum Clementinam omnino de
mandat. Magister Noviciorum assignabit in ordinatione Patrum Provinciae huius.
Institerunt pro Fre Swietlicz Adm Rndus Pr Praepositus Videmiensis et Pr Praepositus Michaliscensis
ut tempus probationis eius computaret, hanc quae dederunt Rndmo rationem, quia eius Vita omnibus Nota
quomodo in humilitate et patientia omnibus inservire nitebatur, quomodo ad omnia obsequia promptissimus
etiam ante ingressum ad Religionem extiterat

Ad haec Rndmus respondit non se reprobare ejusmodi instantiam, sed velle videre probationem ejus juxta Religionis constitutionem.

De examine Novitiorum intulit Pr. Praepositus Suerecensis fundatus in capite 3 constitutionum sacri ordinis, quod debeant primo a conventualibus examinari, deinde Patri Praeposito et Magistro offerri, sic investiri.

Rndmus deinde legit Clementinas et constitutiones ordinis de institutione Novitiorum, insuper tangendo in casu se velle Novitiatum fundare declaravit.

Adm. Rndus Pr. Melchior Mizynski Praepositus Vidimiensis pro eo Novitio, qui in suo conventu probat, Rndmum supplicavit, ut elapsum tempus probationis ejus computaret: nihil quod in eo irreligiosum reperiri dixit, imo omnis modestia, humilitas, et mansuetudo.

Ad haec Rndmus respondit, non se ei quidquam objicere, sed solum eo fundamento se velle ejus irritam habere probationem, quia sine magistro Novitiorum nulla probatio, nec habitus locus ei segregatus a Patribus et fratribus professis: sed tantum in communi vixit quasi aliquis ad commune obsequium applicatus.

Incusarunt PP. Michalisensis, et Suerecensis Praepositi Professos, qui probarunt Vidimiae sub regimine Patris Melchioris Mizynski Praepositi Vidimiensis dicendo quod nulla in eis reperiatur religiositas signanter autem accusarunt Patrem Stanievicz in quo nullus religiosus spiritus sed omnis effrenata insolentia, ut eam in sacro ordine intollerabilem esse videatur.

Rndissimus eam ipse intulit, quod nulla multorum fuerit probatio Vidimiae, qui post probationis in novitiatu peiores forsitan effecti, quod extra monasterium fuerunt. et talem reperiri dixit Vidimiae Patrem Hobielski, qui propter protervitatem et incorrigibilitatem suam iam deberet in sacro ordine non conservari, ne velut morbida ovis alios sua inficiat nequitia.

Pr. Simon Kiewdowski insuper promovit quod Pr. Melchior Mizynski cum sibi Novitiatum habuit sub tempore Provincialatus sui commissum, Novitios sacris ordinibus initiabat, et etiam sub tempore probationis suae Novitios in superiores conventuum creabat: sicut effectum in Patre Stanislao Zaylicki.

Induxerunt PP. Praepositi Suerecensis et Michalisensis quod nulla probatio Novitiorum fuit sub Regimine Patris Melchionis Mizynski, etenim qui ejus probationis sunt presbyteri omnes sunt exesti ~~[illegible]~~ humilitas in illis nulla, sunt inobedientes, non venerantur debite suos superiores, non servant debitum in omnibus procedendo ordinem, sese intrudunt in officia aliorum, unde fit confusio: hic Pr. Simon Kiewtowski incusavit Patrem Paulum Lencdawski Vicepraepositum Vimensem quod non honoraverit debite Patrem Thadaeum Inszna Praepositum suum, a quo allocutus fastidiose remurmuraverit. ad haec respondit Pr. Paulus se non meminisse, appellavitque ipsum Patrem Praepositum, petendo sui excusationem, si aliquando sibi debitus non exstitit honor. Pr. Praepositus respondens dixit se ab omnibus debite venerari.

Quare Rndmus Commissarius praesenti immediate Decreto omnibus et singulis PP. praecipit atque iniungit, ut Praeposito suo tanquam Patri jurisdictionem in temporalibus et spiritualibus habenti semper obediant, eum omnimode venerentur et honorent, quod si autem contra praesens Decretum aliquis fecerit superiori suo remurmuraverit, vel eum dishonoraverit, sancivit ac decrevit, quod si ille sit Novitius, statim ejiciatur: si professus fuerit gravior culpa in eum extendatur, si presbyter eadem gravior culpa ei duplicetur, si autem superior ipse ita segnis extiterit, et similiter excedentem comprehendere noluerit, ipse a suo officio suspendatur et inhabilis semper ad officia habeatur.

A Regulari correctione nullam ad se Rndmus unquam vult habere appellationem, nec eam poterit admittere, sed tantum ab oppressione et gravamine recursum PP. et fratrum sibi reservat.

Restitutionem Patrum Emeritorum reposuit Rndmus ad Capitulum Generale tanquam summum utile et necessarium sacro ordini.

Intulit Rndmus non se propter pompam suam praesentem instituisse convocationem, (uti aliqui putant) sed propter commune Provinciae Lituanae bonum. idque ut omnes videant, quid deest quid autem obest bono ordinis sacri.

Processit deinde Rndmus Commissarius ad videnda et computanda Regista Proventuum et quidem Primo Conventus Michalisiensis calculare Praedia voluit. Atque in Zabucie dicto Praedio 3 Juga Boum et tres famulos conductos, matrem familias et duas famulas haberi caepit. in Dunodze etiam meliorem haberi familias curam demandavit.

R. P. Praepositus Michalisiensis Cyprianus Woyna, insufficientem se ad meliorem curam adhibendam dixit; Rndmus autem Commissarius, ut curet esse sufficiens eum requisivit. Sed R. P. Praepositus Michalisiensis secundo se insufficientem declarans officium resignaverat.

Reverendissimus vero Commissarius videns quod stante tali motu computus statum Proventuum fieri non potuit, in crastinum reposuit sessionemque solvit.

Anno ut supra die 28 praesentis Rndmus Commissarius horis antemeridianis ad pulsum Campanae convocatis PP. Provinciae ad Commune Refectorium omissis orationibus solitis Instituit sessionem, in qua iam sedere debere ad finem Convocationis declaravit.

R. Procurator Fiscalis commovit causam computus heri infectam hodie perficiendam, quam causam Rndmus Commissarius ad commodius tempus reponit, quam ipse usi proventibus in Acta ingrossatis sibi relinquit dispenendam.

Fiscalis Procurator supplicavit Rndmum Commissarium quatenus amotis causis aliis principalioribus invigilare velit. Decreta praeteritae Convocationis videat. Decreta siquae habet desuper lata praesentare dignetur. Sicque iam praesentem Convocationem velit terminare.

Rndmus Commissarius Regista Proventuum et Expensarum sibi produci Mandavit. Quae quia non producta ideo ad Commodius Tempus Rndmus reponit videnda Regista proventuum Sacristiae et aliorum ac expensarum. Interrogatus Rndmus Patrem Lenczewski de registris proventuum quare non habentur? Respondit: Quia Patri Praeposito incumbebat qui per longum tempus in Conventu non residebat. Idque in integro ad Commodius tempus item reposuit.

Decretum Praeteritae Convocationis legi per me Rndmus fecit, in quo Mandatur A. R. P. Wizynski ut summas a se locatas recuperare curet, et intra Conventum Vilnensem acquietare non retardet. Ad hoc Interrogatus A. R. P. Wizynski aliquas summas vindicasse. aliquas autem submisit se vindicaturum. De praetenta ab annis 5 summa Mille florenorum a M. D. Adlewicz inscripta Conventui Vilnensi non restituta Respondit. quia tum quando in turbido res nostri ordinis erant, tum P. Kostecki a praefata summa percipiebat censum eamque dispensavit pro Panegyri Illmo Loci ordinario Vilnensi dicata, Nunc autem P. Praepositus Vilnensis ab eadem summa percipiebat. Quoad Jumenta et frumenta iam compositi Patres, ut fertur ab ipsis non tamen constat de compositione. Sibi Facultates a [illegible] datas per Praesidentiam Lithuaniae Provinciae A. R. P. Tryzna Praepositus Vilnensis Sibi nunc Rndmus Commissarius praesentari mandavit, atque eas restitui praecepit. quas quia ad praesens non habuit promisit se eas restituturum.

Deinde Rndissimus Commissarius ad Culpas videndas processit. et quidem

1o ab Ipso Rndmo proclamatus A. R. P. Thaddaeus Tryzna Praepositus Vilnensis super eo quod a Prima Convocatione Anno Dni 1693 die 15 7bris Vilnensis feliciter celebrata, ad praesentem diem vix aliquot vicibus Sacrificia Missae celebravit, idque ob enormem ebrietatem, cui se propter nimium potum Cremati et aliorum liquorum dedit. Summam Capitalis flor. 3320 sine scitu Patrum Conventus sui proprio tantum ausu per privatas Chartulas, alias blanchas de Synagoga Judaeorum Vilnensium accepit ac deperdidit. Pacificale Ecclesiae suae flor. 300 constans secundum taxam aurifabri sine Patrum Consilio proprio tantum ausu divendi curavit, pecunias dispersit. Equum a Mgco Dno Ror Judice Castrensi et Dapifero Palatinatus Trocensis pro provisione Conventus Vilnensis flor. 300 accepit, quem cum damno Conventus Fratri suo donavit.

Ex Capellanus Rndmo Commissario debitor plus quam ducentos florenos expendit. Provisionis
Patrum Romanorum 250 flor. intercepit.
Interrogati à Rndmo PP: Conventus, quot ex Capitali Summa pro Conventu signanter acce:
perint? Rnderunt 1º flr 400 2º flr 65. 3º flr 32 gr 15
Interrogati de expensis alys: Rnderunt nescire se expensas aliarum summarum.
Interr. Unde nam habuerunt provisionem suam? Rnderunt eam habitam partim ex Censibus, partim
autem ex Carbona.
His itaq. auditis Rndmus Commissarius petyt Rndum Prem Tryzna, quatenus daret locum
deliberationis sup. eo Patribus Consily et sibi, qui requisitus de consessu PP. exire non recusavit.
2º Proclamatus ab eodem Rndissimo. Pr. Melchior Nidzynski Praepositus Videmiensis et culpa ejus,
Qui contra expressam declarationem Eminentissimi Principis Celsissimi Illmi ac Rndmi Dni
Michaëlis S. R. E. Cardinalis Radzieiowski Legati Nati Regni Poloniae et M.
D. L. Primatis Primiq. Principis Dni Dni nri ac Protectoris Clementissimi: Contra
Decreta Capit: Generalis Aº Dni 1692. Lowicy feliciter celebrati; Contra inhibi:
tionem in scripto datam eiusdem Praelibati Eminentissimi Principis Infulas Videmiensis
restitutionem ausus e attentare, procurando causam Infulae restituendae ingrossari in Instructionibus ad Comitia pu:
blica ex Comitiolis pro Legatos Palatinatuum et Districtuum promulganda; ad quos in eadem mãa ipse literas
à se scriptas ordinaverat.
Item Rndus Pr. Nidzynski ab Ecclesia Videmiensi alienavit Pontificalia, quae Eminentissimus Prin:
ceps Mandato suo decreverat locare in Archivio Viln. Clementia enim Rndmi Commissarij in:
dultum sibi fuit sigillo officy sui communita hinc ad Ecclesiam Videmiensem, quae (non habita desuper
sup. eo expressa licentia) resignare non reformidavit, Et (ut ipse justificando se deponit) oppigno:
ravit. Cochlearia 12 argentea A. R. Pris Woyna Conventui Viln. iam applicata divendidit:- ad quod A. R. Pr. Melchior Nidzynski respondit, dicta Cochlearia computata cum
alio argento ex quo Pontificale fuerat compactum.
NB Rndissimus igitur Commissarius de Cochlearibus inquirendum declaravit prout et de facto declarat.
Jussus deniq. exire Adm. Rndus Pr. Melchior Nidzynski pro deliberatione, qui humiliter Mandato obtemperavit.
Adm. Rndus Pr. Raphaël Ratkiewicz de Mendacio à Rndmo Convictus, qui Interr. semel à
Rndmo de Jumentis sui Conventus, respondit ea haberi in Praedio, cum postea oppositum patuit, ga
Bovem meliorem miserat ad sororem suam; et pro poenitentia Jussus est dicere Culpe pro psalm: De
profundis: o fictum terrae 5 iniunctum, quam poenitentiam statim adimpleuit. Quem deinde serio
Monuit Rndmus ut faceret omnia et singula quae opportune fieri in suo Conventu.
Post haec Rndmus Commissarius per me Secretarium fecit legi Decretum Eminentissimi Prin:
cipis, in quo de certo exprimit suam Voluntatem Eminentissimus debere deponi ab officijs Prem Melchiorem Nidzynski et Prem Thaddaeum Tryzna, eoq. lecto, Rndmus Commissarius Consuluit PP. Provin:
ciae, quid cum Pre Nidzynio agere debeat, an statim eum ab officio amovere, an aliquo adhuc indulgen:
do ei Emendationem expectare.
PP. vero Provinciae fere omnes Rndmum supplicarunt, quatenus Paternam ei Clementiam o:
stenderet, et in officio suo Conservaret, ne ab eo nunc amotus in desperationem possit labi
Quibus itaq. visis auditis ac mature discussis Rndmus Commissarius innixus Decreto E:
minentissimi Principis Dni nri Clementissimi indispensabili ac irremissibili deponendum ac a:
movendum ab officio suo Prem Melchiorem Nidzynski adinvenit; sed quia totius Provinciae nrae Lituan:
Instantiis

Instancias animus Rndmi emollierunt, et quia non dum in Sacro ordine nro subiecta ad regimen apta habeaf
Ideoq adhuc eum resipiscentiam eius expectando conservari posse in suo officio declaravit et decrevit, put
de facto mediante psenti Decreto, declarat, et decernit, verbis amo ad declaradne Eminentis eum suspendit
Post hanc declaradnem Rndmi revocatus Pr Nidzynski ad Capitulum, cui Rndmus Commissarius
Prop[ositu]s fuit, quomodo Is apparentiam tantum fecerit boni alicuius Sacro Matri Religioni exhibiti, Nullum
autem effectum laboris sui in ordine haberi, qui eum de Sacro Ordine bene meritum ostenderet, Multa amo
reperiri, per quæ demerita sua in lucem prodeunt.
Interrogatus Pr Nidzynski sup eo etiam a Rndmo Utrum habeat dimissoriales ab ordine, ? Rndit Deum
invocando in testem, quia Nunquam ea pcurare intendebat, nec pcuravit, nec habuit pcurata, nec Vult
habere pcuranda.
Interrogatus secundo de Culpa pcuradnis restituendæ sibi Infulæ? Rndit negando suam culpam nec scire eo accu
Intulit subinde Rndmus, quomodo Pr Nidzynius aliquot rotulos ad Palatinatus et Districtus ordidando
ad Illmum Dnum Troianowski in eadem Mara scriptos. Misit. Ad hæc Rndit audisse se qd inseserint alia
quas literas Dni Giedroycij contenta amo eam dixit se nescire; et Nullas literas Misisse.
Cum ergo Rndmus dixerit ex palam RPri Nidzynio dignum eum depositione ab officio ppr Multos suos
defectus et excessus. Rndit Pr Nidzynius iniuriam sibi fieri qd non ab æqualibus Judicat.
et addidit supplicium fieri ante Judicium; et de gravamine debere se ptestari dixit.
Rndmus autem Commissarius. dixit id eum esse a Supremo Judice Eminentissimo Principe Ju
dicatum, supplicium etiam nullum fieri, cum PP Provinciæ omnes pro eo supplicaverint, ut Clementiam
eo pecdat. Interrogatus subinde Rndmus Prem Nidzynium Utrum petat Misericordiam, et Utrum emittat iam
Cessare ab ofto ausu ambiendæ Infulæ? Ad hæc Rndit Pr Nidzynski Veniam petendo ac Paternam
expostulando Clementiam, et per sacra Juravit iam se nihil contra Sacrum ordinem, etiam in ambitu Infulæ
molitarum.
Rndissimus igit Commissarius ex Paterna sua benignitate affatus Rem Nidzynski dicens eidem qd
Nulla Is ex se in Sacrum ordinem habuerit Merita, quorum occasione dignus reputaretur adhuc in suo officio
Conservari, sed tamen cum sola Paternitas in eo Venerat, et Instancias totius Provinciæ PP. adhuc ab of
ficio Præpositura sua Udecivensis non amovet. Monitus tamen a Rndmo Pr Nidzynski, quatenus ab omnibus Ma
chinadnibus, rebellionibus, conspiradnibus, sub depositione ab officio Præpositura, sub pœna excommunicadnis ac ho
stilitatis in Sacro ordne ipso facto incurrenda cessaret; Enormes ebrietates saluti Mentis et corporis no
civas Vitaret. Pontificalia quotocius remperaret, literas Protestadnum contra Nobiles, et pmovendo In
fulam sibi restituendam Illmum et Rndmum Dnum Constantinum Brzostowski Episcopum Vilnensis Fundatorem
ac Benefactorem nrum Nobis ostenderunt, (quas se iam habere dixerat) omnino curaret eiq traderet. Per
Illustrem Mrum Dnum Joannem Brzostowski Referendarium M: D: L: adire non retardaret, deprecando
eundem, et petendo literas Instanciarum pro se ad Illmum Loci ordinarium, idq exequetur in psentia PP.
Provinciæ ad Minus duorum Præpositorum. Eidem mandavit.
Monuit insuper Rndmus Commissarius Rem Nidzynski, Ut non auderet attentare pcuradnem Infulæ
sub pœna Indignadnis, eiq causam suæ Invasionis ac offensionis donavit, ac ne videat Ulissi in toto
pepercit, put et de facto parcit suo officio Præpositura Udecivensis adhuc eum conservat. Mandando eide
Omnium et singulorum PP publicam deprecadnem, quam statim Pr Nidzynski adimplevit, humilis in gestis.
Vocatus Post hæc A R P Thadæus Trzyzna Præpositus Vilnensis qui p negligentia in ad
ministradne tam temporalium quam spiritualium, p ebrietatibus et alijs Culpis ab officio Præpositura Vilnensis
amovet, et per tres menses a celebradne Missæ suspendit, et p emendadne Vitæ suæ ad Conven
Udecivensem ordinat, qui et Scapulare in signum pœnitentiæ ipsius e deponere, quod totum psenti Me
diante Decreto Rndissimi Commissarij latum Decretum, atq Declaratum, ac exeqnudi Mandatum.
Summam amo Quatuor millium ut Pr Trzyzna Conventui Vilnensi in toto restituat Rndmus
eidem Pri Trzyzna sub pœna indignadnis, hostilitatis in Sacro ordne, ac alijs arbitrarijs iniungit
put et mediante psenti decreto suo Mandat decernit atq declarat ac iniungit.

Adm Rndum Prem Liborium Zlinda in Praepositum Michalisiensem creavit atque creat, si Adm Rndus
Pr Cyprianus Wyna Praepositus modernus Michalisiensis Romam ire voluerit.
In Praepositum Vilnensem Adm Rndum Prem Florianum Jezewski instituere voluit sed Pr Jezew-
ski genuflectendo humillime supplicavit Rndmum ne hoc onere Praepositurae aggravaret; it
Me itaque Ferdinandum Georgium Bartoszewski Secretarium virtute Sanctae Obedientiae obligando jussit
egredi ad suscipiendum onus Praepositurae Vilnensis quod mandatum cum executus fuerim Rndmus Com-
missarius monuit me de vita et moribus, dixitque sibi esse aliquid contra me delatum, ~~[illegible]~~ et sup-
addidit, quod si hoc verificaret in Capitulo Generali futuro feliciter celebrando me judicandum
eo reservavit prout de facto praesenti decreto suo reservat. Quod ego cum sim nullius culpae conscius
gratissime acceptavi, ac fidelissime connotavi; colligo etenim quidam aliquorum delationem nulla ratione
probabilem, nec fide dignam; qui volentes suum commodum ex bonis meis haereditariis, nullumque medium eis
fruendi habentes, nisi meam ab eis curadne alienadne, varias in me fabulas divulgarunt, quas tamen
nullo modo probari et deduci mihi possunt) ut me ab iis alienare possent: et sic in Praepositum me instituit.

A R Pr Florianus Jezewski in Viceprepositum Conventus Vilnensis creatus.
Rndum Prem Paulum Zencewski in Vicarium Vidimensem et Magistrum Noviciorum Rndmus instituit.
Rndum Prem Joannem Kor Procuratorem bonorum Conventus Vidimensis determinavit
Rndum Prem Mathiam Szelweibein Procuratorem bonorum Conventus Michalisiensis assignavit, quem de in-
continencia sibi incusatum Rndmus Commissarius serio monuit.
Adm Rndum Prem Carolum Paprocki in Viceprepositum Conventus Michalisiensis ordinavit.
Pr Somorski ad Conventum Michalisiensem Pr Cyprianus Zurkowicz ad Conventum Vidimensem et a ce-
lebratione missarum suspensus) ordinati
Pr Piwko. Pr Cyriacus. Pr Skotowski Adm Rndo Pri Magistro Noviciorum, religioso spiritu im-
buendi commendati, qui sine scapulari in Monasterio incedent, si apparuerit correctionem scapula-
re eisdem restituat; Pr Piwko tamen et Pr Jasdowski celebrabunt Missas.
Rndus Pr Thaddaeus Kyzna subiit eam A R Pri Magistro Noviciorum, ut vitam religiosam reas-
sumat; scapulare tamen eidem concedit: nec ipse inter Novicios manebit sed extra sub attendentia Magistri.
Ulteriorem dispositionem Patrum Provinciae ad se ordinandam posteriori suae declarationi Rndmus reservat
Mihi Ferdinando Bartoszewski Secretario; recenter instituto Praeposito Vilnensi mandavit Rndmus qua-
tenus ne intermitterem expeditionem Conventus Vilnensis ad Msum Dnum Wiewiadomski.
Adm Rndis PP Praepositis aliquibus gratias egit Rndmus Commissarius pro vigilantia in administratione
cui officii Praepositurae adhibita; nimirum Adm Rndo Pri Praeposito Niemenensi quod Ecclesiam novam ae-
dificare coeperit. Adm Rndis Michalisiensi et Twerecensi, quod omnem curam habeant in administrandis
temporalibus et spiritualibus. Commendavit autem ulteriorem diligentiam in vindicandis negotiis suorum
conventuum et quantum poterint ut negotia sua efficiant requisivit. aliis PPbus Praepositis exemplar
imitandum ostendit relatos Adm RR PP Praepositos.
Pro Consistorio Romano, et pro itinere sibi Romam pergenti Rndmus postulavit, ut quisque id
dare non recusaret, quod possibilitas charitate dictante ferre potest.
Hortatus est post haec in Dno Rndmus Commissarius atque eos serio monuit, ut si aliquod
negotium Ecclesiae venerit, cum Ecclesia Matre tenerent, nec ab ea ad dissidis scavelli committerent sub
poena excommunicationis ipso facto incurrenda.
Anniversaria in omnibus Conventibus pro Benefactoribus omnino haberi praecepit, prout de facto praecipit
De Praesidente Provinciae Lituanae interim Reverendissimus Commissarius: A R Pr Ni-
zynski quem in absentiam suae Authoritatis supplentem constituat.
Rndmus Commissarius ex Polonia A R Prem Lucam Pielielewicz Diffinitorem extra tamen
pro Praesidentia mittendum promisit, ad adventum autem eius mihi Secretario pro tunc Praeposito Vilnensi hoc
Officium committendum declaravit, prout de facto declarat et committit.

Accessit ad Rndmum Rndus Pr Joannes Lot lacrymabundus supplicando, ne ad Conventum Vilnensem officio Procuratoris mitteret ac ordinaret, timere etenim se dixit A. R. Prem Mizynski ab antiquo sibi infensum, Cui supplicationi Rndmus annuit memor ipsum Conventui Michaliscensi esse summe necessarium, tum ex eo quia agrorum illorum perfectam iam habet notitiam tum ex eo, quod multum Rusticis Conventus Michaliscensis prodest praesentia eius, liberans eos a stationibus transeuntium militum, quibus ipse obviat, ex ratione plurimam notitiam. Eum itaque in officio Procuratoris Michaliscensis conservauit prout de facto conservat.

Rndum vero Prem Mathiam Schweybein monitum de incontinenti vita ab officio Procuraturae videns non amovit nec amonet sed hortatus de fidelitate est eum serio, dicens quod nisi fideliter omnia disponat, in tremendo Dei Iudicio strictam reddere debebit rationem. Promotoris eam officium quod eidem antea fuerat concessum, Modo etiam a Rndmo concedit.

Quoad Rndum Prem Melchiorem Hidynski circa depositionem eius, licet Rndmus Commissarius nullam in eo emendationis spem viderit, qui cum sit damnificator ad nulla officia habilis reperitur: Cuius incorrigibilitas inde evidens, qui culpam suam testimoniis depositionum probatam non confessus Spiritui Sancto mentiri ausus est. Inobedientia in eo elucet, quod Rndmi Commissarii in Consessu omnium PP. Provinciae Ao 1693 die 15 7bris sub tempore Convocationis praeteritae lata de vindicandis summis Capitalibus Conventus Vilnensis, tum eandem damnis per se causatis et Conventibus a se impeditis Conventui Vilnensi restituendis Decreta, fere in omnibus adimplere non curavit. Contumax et rebellis in eo exstitit, quod non statim promus humiliter veniam petierit, sed primo Iudicium reclamare ausus fuerit, fieri sibi supplicium ante Iudicium dixerit, et de gravamine, quod nullum recepit praesenti protestari voluerit. Rndissimus tamen Commissarius prudencialiter in eo actu procedendo non eum statim (iuxta Decretum Eminentissimi Principis) ab officio amovit, et per id non tamen Decretum relaxavit, cum nulla sibi facultas dispensandi et indulgendi concessa fuerat; sed ad ulteriorem de casu ipsius Eminentissimi Principis declarationem, executionem Decreti suspendit; tum ex eo quia tum Vilnae sub tempore Tribunalitiorum Convocatio iam celebrata, timuit etenim subsequendum aliquem tumultum, qui ex depositione eius oriri posset: tum ex eo quia motus praesens inter Principes Lithuaniae necdum fuerat sedatus, ne vel aliquid novi emergat, ita Rndmo Commissario visum est paulisper debere differri executionem praesentis Decreti: tum ex eo ne Eminentissimus Princeps in casu depositionis eius instantiis Primatus Provinciae Lithuanae defatigaretur. Vidit Pr Mizynski aliquot hebdomadis ante Convocationem Vilnae sine ulla Conventus sui legalitate residens, visus est aliquid moliri, qui in die extra Conventum prandebat, cenabat, ac etiam noctabat contra Constitutiones ordinis Dist: 1 cap: 15 inhibitionem.

Refsa

Anno ut supra die 1 Junii Rndmus Commissarius horis antemeridianis ad pulsum campanae convocatis PP. Provinciae qui adhuc adfuerunt instituit sessionem in qua proposuit intentionem Perillustris Mfci Dni Gedeonis Raiecki Capitanei Rumborensis qui habet plenam voluntatem fundandi Nostros PP. ad Ecclesiam Sinzyty dictam, pro quo debere laudari Dnum declaravit, postulavitque ut animos Benefactorum ad Nos inclinaret. Literas reversales ratione Lapidis Conventus Dominicanorum legatam M. Do Kosciałkowski dandas lectas ac approbatas.

Intellexit subinde Rndmus Commissarius quod ego Mro Pr Pty Vilnensis Secretarius verbo debeo agere ad summam quam ex bonis dictis Wyholensita Conventui Vilnensi restituendam indies sperat, eaque scilicet tria Millia florenorum. Petiitque decisionem omnium Rndmus hoc in proponendo ut eam futuro eidem Conventus bono consulere velint, summaque maius bonum non valeat imaginari, quam ut Domus Dei aedificaretur, pro inchoatione aedificandae Ecclesiae hanc summam assignavit, prout de facto praesenti decreto suo assignat.

PP. autem Provinciae aliqui summam Conventualem pro aedificatione Ecclesiae non debere expendi dixerunt, ex eo quia vix ex censibus sufficientia victus haberi potest. Rndmus autem Commissarius, dixit maiores fructus posse haberi ex Ecclesia cum fornices in Ecclesia aedificabuntur, cum modo vilissimum tantum funus Zardeckiorum in nostra capella sepeliant, ratione carentiae fornicum, ditiores autem ad PP. ordinis S. Francisci de observantia referunt. Itaque consentientibus PPbus Provinciae Rndmus Commissarius secundo et tertio hanc summam in aedificationem Ecclesiae disponendam determinavit atque decrevit, prout de facto praesenti mediante Decreto determinat atque decernit.

Intulerunt PP. aliq Conuentus Vilnen quomodo obligationibq satisfiet cum Censq pro Ipsis obligationibus
n habebit? Respondit ad hoc Rndmus. Cum alijs Summis a Pre Wysocki vindicabunt habe-
bit Censq annuq, obligationes tn debere impleri demandauit, put de facto demandat.
Petij ego Georgius Bartoszewski Registrum Summarum Conuentus Vilnen a Pre Pilsudski Praecedente, qui
ea apud se ad psens n habere dixit, in actis autem Consistorialibus sit ingrossata.
Deinde Rndmus Commissarius ita Summas Conuentus Vilnen de Wyholeszcza disposuit et disponit
Summa duorum Millium adhuc det ad Festum S. Georgij ut ab ea Censq habeat. reliquum autem ita
ordinauit, floreni trecenti pro euectione lignorum residuorum de sylvis, floreni centum pro curri-
bus pcurandis, ad vehendos lapides habeant, floreni ducenti pro Equis expendantur, reliquum
autem uti debit ad Melius Conuentus Commodum disponant; Verno autem tempore Ecclesiae aedificari iussit.
De Pecoribus Conuentus Vilnen quae in dicto Praedio Wyholeszcza huiusq fuerunt, ita Rndmus decidit,
Pecora diuendantur et boues emant. Vasa ex Praedio ad Conuentum aduehi mandauit.
Aulae autem Secretario Praeposito Vilnen Chorum commendauit ne aliquando sileat. Clausura portae ut habe-
at iniunxit. Cathechismus ne intermittat serio praecepit.
Pr Dolmacki actitatus, quod sine data sibi a Superiore sup eo facultate aliam se intruserit complana-
nadni; 2o quod sine expressa similiter Sui Superioris licentia ausus est se introducere ad Illmum Palatinum
Vilnen cum Confusione Sui et Ordinis. Excusauit etiam n ne ipse inhibitionem Illmi Locordinarij a
Porta Ecclesiae auelli curauit, Respondit ab eo etiam PP Conuentus quod n ipse se huic intrusit, sed de Consi-
lio PPrum Conuentus alter missus id executus est.
Monitus denique serio Pr Dolmacki a Rndmo ut se modeste gerat, nulli se rei sine dependentia
Superioris intrudat, Enormes ebrietates vitari curet.
Vtaut Omnes et singuli PP Praepositi Prouinciae Lithuanae Illmo Locordinario, eorumq Decretis
si R. E. n repugnantibus in omnibus obtemperent serio iniunxit.
Proclamati subinde a Rndmo Commissario Pr Felix et Pr Benedictus de periurio, quod in
visitatione Conuentus Vilnen perpetrarunt etiam vinculo excommunicationis innodati n reformidarunt, Quibus pro
poenitentia Rndmus Commissarius sex disciplinas ad mensam feria sexta faciendam iniunxit ipsos
[illegible].
Ad ratificandam ac confirmandam Illorum professionem Rndmus Commissarius volens procedere Interrogauit
Rndmus Commissarius PPres Conuentus Vilnen Quid de ijs sentiant? Vtrum eorum religiositas his annis
bene sit probata, et Vtrum in aliquo n sint excessiui? Responderunt PP nihil irreligiosi in ijs reperiri.
Interrogauit Rndmum Pr Felix cur debeat eorum Ratificari et Iterari professio? Respondit Rndmus quia
contra inhibitionem Superiorum admissi ad professionem.
Quaesiuit insuper ab ijs Rndmus, Vtrum velint et petant hoc posito ratificationem suae professionis? Responderunt
Volumus libenter ac humiliter postulamus.
Quorum postulationi Rndmus annuens, ad ratificationem professionis eos admisit, sicq in Communi Aula
secundum praescripta ordinis Vota sua professi.
Pr Petrus Zikalski praesenti decreto Rndmi usque ad Capitulum Prle ad Nouiciatum redigit.
Hic Intulit A R Pr Josephus Boldowicz Praepositus Praecedens quod sex Patrum in Prouincia Lith-
uana debeat ratificari professio, qui similiter contra inhibitionem Superiorum a Pre Wysocki ad professionem
admissi quod Rndmus in Capitulo Generali pponendum declarauit atq decreuit, put de facto
declarat ac decernit. Pr Dobrzanski Pr Kamieniecki ad Nouiciatum ordinati, Pri Dolmacki
Rndmus indulsit emendationem [illegible] ac requirit. His itaque ita dispositis atque ordinatis Rndus
Commissarius praesentem sessionem ac Conuocationem feliciter finiuit.

Z Karczmy Aᵒ 1693 ~~[illegible] 1693~~

Zawodni gárcy – 12 –	fl 25	– –	gr 18 –
Zabeczky piwa – –	fl 4 –		
[illegible] September – –	fl 52		gr 24
8ber – – – –	fl 32		
9ber – – – – –	fl 100	–	24
Xber – – – – –	fl 30	–	28

Aᵒ hoc facit summa

Aᵒ 1694.

Januarius – –	fl 120	24.
Februarius – –	fl 99	14
Martius – – –	fl 104	24
Aprilis – – –	fl 73	26
Majus – – –	fl 69	26
Junius – – –	fl 61	26
Julius – – – –	fl 104	24.
Augustus – – –	fl 61	26
September – – –	fl 34	28
8ber – – – –	fl 34	28
9ber – – – – –	fl 65	26
Xber – – – –	fl 127	22

facit

Aᵒ 1695

Januarius – – – –	fl 77	15

Expensa i Harcmij 1693

7ber	fl 103
8ber	fl 44
9ber	fl 46 || 11
xber	fl 35 || 7
Januar: 1694	fl 186
Februar	fl 15 || 22
Martius	fl 127 || 11
Aprilis	fl 73 || 26
Majus	fl 72 || 10
Junius	fl 65 || 8
Julius	fl 105 || 2
Aug:	fl 88 || 20
7ber	fl 26 || 19
8ber	fl 57 || 7
9ber	fl 51 || 24
xber	fl 127 || 25
Januarius 1695	fl 27 || 20

Przychód z Czynszów. Ao 1693

Z miasteczka	fl 88 || 5
Z Batancow	fl 42
Pograbskie	fl 36
Lasance	fl 65
Z Zascianku	fl 7 || 15
Z Basztun	fl 45
Z Juliamiec	fl 5
Z Żurow	fl 2 || 25
Z Bimbirow tylko sieć dano	
Z Borykow	fl 33
Kowalniski	fl 26
Z Zascianku	fl 17 || 15
Z Kowalniskich	fl 20

Summa facit

W Antolskie

Expensa Czynszow hoc Anno — fl 385

Ao 1694

Z miasteczka	fl 82
Z Batancow	fl 42
Z Pograbskia	fl 36
Z Lasancow	fl 59
Z Zascianka	
Z Basztun	fl 45
Z Juliancow	fl 5
Z Żurow	fl 2
Z Bimbirow	fl 1
Z Borykow	fl 27
Kowalniski	fl 26
Zascianek	fl 17 || 15
Kowalniski etiam	fl 20

expensum est — fl 355 \|\| 8

Z Antolskie — fl — 187 gr 25

Ano ut supra 1695 is vo 30 Juny Rndmus Commissarius in Conventu Videmiensi cum Adm Rndis Prbus Praepositis Videmien. et Tuerien. et Rndo Pre Paulo Lenczewski Vicario Videmien. et Magistro Noviciorum Jura Conventuum Poniemunen. Tuerensis, Miednicensis, Vilnensis, Skiemianensis revidit secundum recens Inventorium per Adm Rndum Prem Melchiorem Nidzynski Praepositum Videmien. confectum omnia invenit eaque in Archivo collocari fecit, deditque informationem quomodo debeant Jura deponi idque ordinate.

Eadem die Rndmus Commissarius cum ad placandam Illmam Dnam Pacowa Palatinam Trocensem Rndum Prem Thaddaeum Fryzna ordinaverat, indulsit ei ad instantias Adm Rndorum PP Praepositorum, impertiendo ei hanc Paternam gratiam ut possit tantum tribus vicibus coram praefata Illma Palatina Sacrificium Missae celebrare. Monuit tamen eundem ut sobrie se vivens gerat, Illmam placare omnimode curet, ut per illud sub tempus Officii sui Praepositurae Videmien. deperdita summa non computetur in summa Capitulari Conventuali, et ut damna per se Conventui illata omnino restituat serio eidem praecepit.

Dedit insuper eidem Pri Fryzna Rndmus Commissarius in locum Rndum Prem Magistrum Konicioram cui ut in omnibus obtemperaret, serio eum hortatus est.

Ao ut supra 1ma July Rndmus Commissarius in Publico Conventu Videmien. instituit sessionem in qua commendavit Adm Rndo Pri Praeposito Videmien. exercitium Meditationum.

Idem Rndmus decrevit dandum Monitorium Patribus qui Jura de Archivo acceperunt singuli pro sua forte vindicanda ut ea ad Archivum referant, et quid lucrati sint PP Clavarios informent, et ii sunt qui Jura acceperunt Adm Rndus Pr Wojna Praepositus Antokol. Rndus Pr Fryzna et Pr Kor.

Deinde processum ad Interrogationes mei occasione, qui summas Conventuum Viln. vindicare volens petii ostendenda mihi Jura, quibus locata habet summam Conventum Viln. super Bonis Conventus Videmien. de quibus cum Rndissimus interrogaret Adm Rndum Prem Melchiorem Nidzynski Praepositum Videmien. Is respondit, summam hanc super bonis dictis Antokol. locatam nude. Ideo Rndmus debere omnino dari Jura mandavit atque decrevit, idque mihi Secretario pro tunc Praepositi Viln. Commissarius commendavit curandum.

De fundo dicto Deguie agere et complanari cum Mgco Dno Rulesda, mihi itidem commisit ita tamen, ut illum fundum ad de illo modo non fructificemque luendamque pecuniam ad utrumque locemque.

Requisivit post haec Rndmus ab Adm Rndo Pre Melchiore Nidzynski Praeposito Videmien. sibi restitui Acta Provincialia quae dictus Pr Praepositus dixit se redditurum in Capitulo Generali immediato. Jura Conventus Videmien. in praesentia Pris Praesidentis revideri ac debere verificari et connotari declaravit. Hoc etiam instituit, ut quando Jura ex archivo dabuntur absque charta accipiant, quin Jura sibi danda postulaverint.

Clavarios Archivii instituit Adm Rndum Prem Melchiorem Nidzynski Praepositum Videmien. Adm Rndum Prem Josephum Pilinowicz Praepositum ~~[illegible]~~ Tuerien. Ac etiam Secundum.

Interrogatus hic etiam fuit a Rndmo Pr Praepositus Videmien. utrum habuerit aliquas litteras ab Adm Rndo Pre Augustino Cwiklewicz Priore Cracovien. in quibus scripsit significando quod habuerit aliquam protectionem, quibus eam quod fuerit motivum Pri Nidzynio ad rebellionem hic dixit. Resp. se habere. Illa totum Rndissimus peregit in praesentia A. R. Pris Melchioris Nidzynski Videmien. Adm Rndi Pris Josephi Pilinowicz Tuerien. Praepositorum et Mei Notarii.

Sequuntur hic omnia collecta tam sub tempus Commissionis quam post Commissionem a Rndmo

Commissatio lata

Decreta.

Pro Patribus Lithuaniae.

Circa Negotia Conventuum Communia

Quamvis in hac qua palpamus conventuum nostrorum egestate, et non nullorum jurium ex solo antiqui
nostrorum neglectu invalescente debilitate prudentia recuperationem alienatorum agrorum, limitum seu gr
cierum distincte praecipere non suadet, pietas nihilominus, quam erga Sacram Religionem Vti communem Ma
nostram habere debemus, ulteriori deserto delinquere, et ea quae adhuc propria solertia vindicari possunt,
terere omnino non permittit. Curent igitur Adm Rndi PP. Praepositi, quomodo ea omnia et singula, quae
in convocatione apud se, iure petenda et vindicanda postulerunt petant et vindicent quantum possunt. Omne
qui in officiis suis quantum effecerint, tantum in facie ordinis Sacri Meritorum Gloriae et respectus pro fer
habituri. Pingant in oculis sibi etiam ordinis nri antiquis et recentes boni communis amantissimos, eo
pro laboribus suis adhuc usque tempora et dulciter memorari, et ante omnes in alios inquiri et proemiari.
Vocent textum Regulae S. P. Augustini dicentis, quanto plus rem communem quam propria vestra curaveritis
tanto vos plus profecisse noveritis. Negotia vestra in singularibus Schedulis conscripta et manu nra su
scripta ea quae facta sunt laudamus quia in bonum, ea quae facienda restant fieri cupimus, quia indesideru

Circa Novitios et Professos Presbyteros ad probationem Spiritus et corrigibilitatis illorum in Conventum Videniscensem congregatos.

Receptio et Institutio Novitiorum ut secundum Decreta Clementis Papae VIII ad reflexionem tn Constitutionum
ordinis Sacri. Clementis etenim Decreta non expressa in Constitutionibus Novitiorum educationem supplent atque illu
minant. Novitiorum horum qui sunt ad praesens Novitiatus indispensabiliter per Magistrum plene totoque anno
bet, idque ex eo quod nulla eorum censetur etiam, qui sine Magistro huiusque in Sacro habitu fuerunt, Vt c
convenientia necessaria dentur cupimus. Novitiatum quoque Adm R. P. Praeposito Videmensi aedificari cu
bit, ne Novitii cum PP. et FF. Professis Vltra in eadem domo commisceant, qui separatim manere
bent. Pres Professi Pruško, Skockowski, Stanewicz, Kobielski, Jodeszowicz, Dolmacki, Ozyi Ma
gistro Novitiorum religioso spiritu imbuendi commendantur, si id videbit Adm Rndo Pri Praeposito Vide
Quoniam ipsi id singulariter commendamus, ut curet ita eos in suo instrui, quomodo non otiose dies
trahant, sed fructum notabilis emendationis et effectum tam coram Nobis quam in toto futuro Generali
tulo ostendant; ne contagione sua ut potest ex dissipato spiritu et defectu formalis religiosae educationis
tracta plurimos perdant.

Circa Meditationes

Meditationis studium tam in Capite quam in Membris in omnibus Conventibus nostris indispensabiliter observari manda
de quo strictam in futura visitatione Adm Rndi Pres Superiores debebunt reddere rationem, et in Capitulo Genera
futuro feliciter celebrando irremissibiliter illud intermittentes puniri.

Circa Infirmos

Animum nostrum gemente amaritudine implevit huiusque nulla Infirmorum habita cura, qui miseri in Infi
rmitatibus suis nullam prorsus vident habere restaurandae salutis diligentiam, non eis medicina, non eis delicat
ad convalescentiam praebetur esca, sed tantum vix communi reficiunt portione; sive Indusiis, sive lectisternii
Lazari decumbentes reperiunt, et iam pro incuria mori permittunt. Ideoque huic superiorum negligentiae obvia
rentes omnem secundum Regulam et Constitutiones ordinis circa Infirmos habendam attendentiam iniungimus. Vtque
tantum cura et honestas in omnibus Conventibus habeatur serio cupimus. Habeant in singulis Conventibus
commune assidua cistula, in qua decima pars omnium proventuum semper reponatur, idque pro Infirmis impendatur.
Doses medicorum conscriptae, et circa Infirmos effectuatae in futura visitatione producendae habeantur. Et si quod
bus contigerit aegrotare, statim ei addatur unus Fr Professus, qui ei inserviat, eum consoletur et omnia nece

saria ei subminis

satia ei subministret. Non tardent etiam Adm. Rndi PP. Praepositi suos visitare aegrotos.

Circa Procuratores.

Oeconomiae RR. PP. Procuratores diligentissime invigilent, et officium suum secundum praescripta Sacrarum Constitutionum ordinis administrent, nec per incuriam suam quidquam negligant, per quod possit damnum communis boni sequi. Nec etiam suis Superioribus permittant contra Constitutiones secundum suum proprium arbitrium bona communitatis dilapidare, sed si tale quid contigerit statim Patribus Conventualibus deferant, ut possint omnes in unum congregati servata tamen modestia et reverentia Superioris bono communi consulere. Regesta Proventuum et expensarum fideliter connotent, ut sint parati in futura Visitatione reddere nobis rationem, Deo autem in tremendo Iudicio eius strictissime de omnibus respondere. Calculationes et subscriptiones registrorum fiant secundum praescripta ordinis in praesentia Patrum Consilii, quia hoc aut deceptionem aut neglectum sapit.

Circa Cathechisticam Doctrinam

Per omnes Conventus doctrinam Cathechisticam instituimus, et ut nunquam eam intermittere praesumant serio praecipimus. Curent autem omnes Adm. Rndi PP. Praepositi nostri, cum in Kucklw Cathechistico legimus eam esse sufficientissimam. Post primum sacrum in omnibus Conventibus nostris diebus festivis semper fiat, quando solet populus ad divina confluere, in Conventu autem Vilnensi mos iam usitatus eiusdem doctrinae non intermittatur. Omnium Conventuum nostrorum PP. praeter Vilnenses in villis existent, ad strena descendunt. In Conventu Videniensi PP. per ordinem concionabuntur, ita tamen ut se diligenter praepararent pro concione habenda, eorum conciones aliquot diebus videant et corrigant ab Adm. Rndo Patre Praeposito vel in absentia eius Vicario.

Circa Expeditiones Inferiorum.

Expeditiones Inferiorum omnium quocunque titulo gaudentium, Vicepastorum, Concionatorum, et aliorum PP. et FF. ordinis nostri, quae hucusque per abusum invaluerunt omnino tollimus; colligimus etenim per tales Inferiorum correspondentias mala in sacro Ordine seminari, cum inde et factiones oriantur, et infamationes personarum fiant; fabulas etiam per orbem divulgant, quae silentio praeteriri deberent. Quod si autem praesens Mandatum nostrum quis contempserit, per ordinariam vel extraordinariam postam vel per quoscunque Religiosos correspondere ausus fuerit, cuiuscunque officii tituli is est, ab officio amoveatur, et inhabilis ad illud per sexennium habeatur. Etiam abhinc non liceat PP. et FF. scribere, nisi ad Nos vel ad Praesidentem nostrum; idque in causis non levibus nec futilibus, sed bonum commune ordinis concernentibus. Si vero aliqua necessitas postulaverit scribendi ad aliquem ex Patribus in Provinciam Poloniam, petat licentiam a Praeside nostro, et ei literas scriptas praesentet, tum etiam et responsum obtentum similiter praesentet, sub poena excommunicationis, rebellionis, ac machinationis ipso facto incurrenda.

Circa Inferiores quomodo debeant exhibere se Superioribus.

Omnes PP. et FF. quocunque titulo, officio, et Privilegio gaudentes Monemus, ac iisdem praecipimus, quatenus Superiori suo Iurisdictionem in spiritualibus et temporalibus habenti, tanquam Patri obediant, eum omnimode venerentur et honorent; quod si autem aliquis praesenti Decreto nostro impegerit, Superiori suo remurmurans, eum dishonorans, vel se corripere volenti recalcitrans et rebellisans extiterit, contra eum intus vel foris aliquid maliciose evomuerit, vel machinationes et rebelliones moliri attentaverit. Si id primo facere ausus fuerit, poenam gravioris culpae in eum per septimanam extendat; si secundo, iisdem poenis subiiciatur; si tertio in eandem culpam inciderit, eadem poena duplicetur. Si quarto eandem committere non reformidaverit, habeatur pro excommunicato, et ad plenum incorrigibilitatis spiritum statum incarceretur, et in carceribus detineatur toto mense, reficiatur pane tantum et aqua. Eandem poenam extendimus in eos, qui pravorum habituum suorum recidivationem totidem vitare neglexerint.

Circa Collectionem Spiritus dissipati in Fratribus ordinis nostri

In Conventu Videmiensi R. P. Paulus Lenczewski Vicarius et Magister Novitiorum nunc a Nobis creatus Lector et Professor Theologiae Religiosae mysticae asceticae, eamque leget et dabit ad calamum Authoris Dubrowielscii ordinis Minorum Reformatorum; praelegetque etiam Institutiones doctrinae Christianae, et eam etiam dictabit, secundum hanc Instructionem, tam PP. quam FF. sibi commendatorum pietatem exercebit, et fructus percipiet. Adm. Rndus

R. Praepositus

Vt Prpositus Videriens necessaria sufficientia pro hoc Sanctitatis Studio provideat. PP. Verò omnes et singuli nemine excepto obediant et Studeant. Legat eandem similiter Idem Adm. R. Pr Paulus Theologiam Moralem PP et FF secundum Spatonium de Sacramentis, idque diebus distinctis, et ad id per Adm. Rndum Prem Prlem praefixum assignandis.

Circa Cantum Choralem

Cantui Chorali omnes studeant, et quidem ita, Vt illum perfecte addiscere possint, ignorantes eum Novicij ad professionem non admittantur, et professi non studentes, vel studere nolentes, vel negligentes in hoc studio procedentes habeantur et puniantur ut rebelles.

Adhuc circa Novicios

Recordamur à Sanctis PP quod recenter in Vitis eorum legimus, quomodo Novicij cum lacrymis non semel accedentes petierunt misericordiam Dei, et Habitus Sancti ad quem suscipi postulabant, probatione Austeritatum Ordinis et Sanctitatis concepta Studium multo tempore sine interruptione peragebant, et quo magis degustaverunt Suavitatem dulcedinis domus Dei, eò magis indignos se Sancti contubernij Sodales et socios esse. Cum igitur tota Religiosa Vita Studium perfectionis est, et ara exinanitionis; propterea Virtutum videtur esse difficile ijs, qui mundo et carni emori desiderant probatione sua et officia humilitatis pertrahi, nisi Velint Spiritu carnis aut Mundi distrahi et insani existimantes existimatione falsa, quod ad Religionem non ad Calicem Dni nri Jesu Christi, sed ad duodecim Sedes in Religionem perveniant. Huiusque experimur et in multitudine nostra fruges consumere natos exceptis paucis dolentes ingemiscimus, quomodo inter homines operarios ad Vineam Xti non reperiamus, et Fratres turbantes magis disciplinam Religiosam quam perficientes gemebunde patimur. Cuius causam non aliam quam dissolutum Noviciatum temperatam et placentem potius quam Sanctam aut legalem Noviciorum ad ordinem susceptionem et institutionem cognoscimus. Quare absit hoc malum Vlterius à Nobis Vt denegatione debitae institutionis in Spiritu et religionem et animas advenientium defraudemus, Corrigere non augere malum Intendimus. Igitur insistentes in Decreto Nostro in Convocatione recenter praeterita de Novicijs facta Fres Novicios ad professionem non admittimus, Modernos duos nisi computando annum ab adventu eorum ad Formalem Noviciatum, et si Infixato animo suscipere hanc dispositionem noluerint statim ejiciantur; et Pr Magister eorum pro alijs melioribus conservet erudiens Patres in Theologia Religiosa. Hortamur in Domino ac Cupimus, Adm. Rndo Pri Praeposito loci, et Magistro Noviciorum, quatenus in Novicijs observent vel maxime plenam Voluntatis resignationem, humilitatem, Mansuetudinem, sobrietatem, orationem, correctionis et confessionis culpae facilem obedientiae promptitudinem, in quibus eos erudiant, instruant, ac perficiant, Vt locus ille in quo Serui Dei congregantur sit Academia Spiritus Sancti, et Schola pietatis opposita Vanitatibus Mundi, otiositati, praesumptioni, accedii carnis, et technis diaboli.

Circa Patres qui Jura de Archivo acceperunt.

Adm. Rndus Pr Cyprianus Wojna, et Rndi PP Pulzyna, Ror, Jura quae singuli pro sua forte requirenda et Vindicanda acceperunt ad Archivum referant, quid autem lucrati fuerint in futura Visitatione dabunt rationem, nec dilapident bona recuperatione sua à nobis prudenciati et clementer concessa, sub poena damnificationis; sed ea ita disponant, sive sint mobilia sive immobilia, ut et Religio sacra, et ipsi fructum percipere possint proportionale.

Circa Patres Clavarios Archivi.

Adm. Rndi PP Clavarij apud se semper claues habeant, nec cuiquam eas committant, quod si autem Vrgens necessitas id requisierit, ut Clavis debeat alteri committi, id caveamus ut fideli, ne Jura ex Archivo deportant; et si alicui aliqua Jura dari contigerit chartas ab ijs accipiant, qui sibi Jura tradenda requirunt, et tempus restituendorum assignent. Caveat autem ne Jura conventuum commisceri faciant, sed singula in scriniolis suis seorsim sint deposita

Circa Summas Conventuum.

Quicunque ex PP et Fribus nris huius Provinciae Lithuanae Conventuum summas defraudaverunt, vel debita alia contraxerunt, secundum Decreta nra praeterita Convocationis quam ocius restituere curent, sub poena damnificationis inmissibiliter extendenda

Circa Suffragia

Dum medius æstuat orbis tum qm maxime telis nisibus Divinam Maiestatem deprecari obligamur, ne incidamus in calorem iræ omnipotentis, quis enim novit sensum Altissimi, qui peccata hominum et detestabilia motus ab ipso cardine rebus, in tantum malis orbis partibus, verum etiam in hoc inclyto Regno nostro et M: D: L: punire non cessat, factis sine sensu nobis; quam vindicem manum sustinemus, et tamen non sentimus, calamitatibus undique involvimur, et quasi in media beatitudine felices bonis prosperitatibus fruimur. Quare meminerint PP nri placando Divinam Maiestatem pro necessitatibus Stæ Ecclesiæ, et optata pacificatione statum Regni nostri singulas ferias quartas ieiunare, missam cum Litanys de B: V: M: decantatis qualibet feria quarta absolvere, et disciplinas facere, ut ita, et pro nostris et aliorum peccatis offensam Divinam Maiestatem supplices deprecemur. Hoc vero ut sine ulla intermissione absolvatur sub pœna amotionis et alys curet fieri Adm Rndi PP: Præpositi et in absentia eorum ij: quibus Superioris locum habere contigerit. PP et FF in eo districte obediant suis Superioribus sub pœna gravioris culpæ per hebdomadam integram subeundæ et sustinendæ.

Circa Patres Defunctos.

Commendamus RR PP omnibus et singulis animas PP et Frum nostrorum singulariter autem Adm Rndi Pris Martini Gabaurek Præpositi Pragensis ad S: Crucem Maiorem. Rndi Pris Stanislai Izpinek Concionatoris Bogoriensis. Pris Theodori Stalinski Studentis Philosophiæ, et ut pijs debitas devotiones absolvant præcipimus.

Anno ut supra 1695 die 3 Aug Rndmus Commissarius in Contu nro Vilnensi instituit sessionem in qua Decreta superius scripta Authentica promulgavit eaque per me legi fecit. Et licet in Decretis circa excessum crapularum non expressum, quod tamen potest colligi, cum decretum fert de sublatione et abolitione pravorum habituum. In præsenti itaque sessione Rndmus prohibet crapulas sub pœnis ut supra contra habituatos extendendis. Introductionem in cellas spiritualium et secularium personarum vetat sub ysdem pœnis Rndmus, Pri Concionatori tamen inducere spirituales personas in cellam suam concedit, omnino tamen ebrietates et compotationes prohibet, ne etiam ipse audeat id facere sine licentia Superioris sub ysdem pœnis monitus et requisitus.

Pri Thaddæo Tryzna qui sine licentia Rndmi Commissarij ausus est discedere ad Illmam Palatinam Trocensem Dnam Pacowa, monitorium ut revertatur ad Contum Vilnensem Rndmus dandum decrevit ac declaravit.

Prem Urbanum Balewicz à Studio Philosophico liberum fecit, eumque Procuratorem Ecclesiæ et Conventus Vilnensis instituit cui danda super eo in scriptis facultatem adinvenerit.

Idem Rndissimus Commissarius, pro summa Capitali Contus nri Vilnensis mandavit emi lapideam primam Conventui nro et præsenti, Decreto suo mediante decernit atque declarat, idque ea summa quæ de bonis dictis Wyholenista Contui restituta.

Post hæc voluit Rndmus inquirere causam Pris Dolmacki qui in Capitulo nro Conventuali extiterat nobis rebellis et ad procederet Rndmus in investigandam causam, pro qua tum debebat in Capitulo puniri. Responsum est quod pro crapula enormi, qua causante extra septes monastery dormivit, hanc igitur cum Rndmus Commissarius Pris Dolmacki cæperit discutere culpam. Dixi ego Rndmo: quod iam pro ea Pr Dolmacius per Decretum Capituli Conventualis punitus. Rndmus autem Commissarius ad hæc respondit, quod sit iam licet hæc culpa punita, quia tamen sub latere meo id factum scio, necessum duco id secundo discuti, utrum condignam pro eo luit pœnam. Sic ergo procedente Rndmo in discussione culpæ Pr Dolmacki per æternam cum Rndmo contencionem, factus est in malicia sua pertinax ac rebellis Rndmo, cum non tantum culpam confiteri noluerit, sed etiam nullam esse dicere ausus est.

Pro hac itaque contumaciam Pris Dolmacki Rndmus Commissarius per mensem in Carceribus detinendum decrevit atque sancivit, post hanc autem carceris pœnam ad Noviciatum, rigidissime servandum in Noviciatu usque ad futurum Capitulum Generale adinvenerit: loco carceris in propria eius cella occludi eum mandavit.

Rndum Prem Florianum Sezenski Vice præpositum nrum Vilnensem ad instantiam Dnum Caroli Pietkiewicz Capillatorem Braslaviensem occasione procurandæ auctionis Ikertensis fundationis per modum Sacellani ordinavit, officio tamen eum Vice præposituræ non privavit, sed in eodem conservat.

#

Rndo Pri Concionatori qd contigerit in Religiosorum Ecclesijs praedicare, ut id faciat cum licentia Illmi Loci ordinarij et dependentia sui Superioris serio ei praecepit. Consiliarios Conventus nri Vilnen. in absentia Pris Viceprpsti Rndum Prem Concionatorem ac Prem Procuratorem assignavit. Prem Petrum Cibarski Studio Philosophico restituit. Pri Lectori seriam circa studia complenda diligentiam haberi praecepit. et sic sessio soluta.

Anno ut supra die 4 Augusti Rndmus Commissarius more solito Commissionis Committendis instituit sessionem in Qua Pres Conventus nri Vilnen. monuit de obedientia suo Superiori semper iuxta Sanctas Sacrarum Constit. et Regulas S. Pris Augustini exhibenda, in actu humilitatis omnes se debere exerceri adinvenit, cum con iam Caeteri in omni exercitio religioso bene probati reperiuntur praeter aliquos Pres recentiores, de quorum probatione n constat. Ideoque Rndmus Pris per illos debere exerceri officium humilitatis decrevit, Caeterum autem ut propter honestatem Canonicam famulari illud exequantur declaravit.

Rndus Pr Dozefowicz a Rndmo monitus in eo qd scripserit libellum famosum contra totam Aulam Perillustris Mgci Dni Brzostowski Referendarij et Notarij M. D. L.: + Pr Dozefowicz per Sacra Iuravit dicendo qd nunquam talem libellum scripserit; Rndmus Commissarius ei deducebat ex eo qd primo scripserit contra se et Sacellanum praelibati Perillustris cuius notitiam habuit Rndmus infallibilem. ad haec Rndit Pr Dozefowicz scripsi quidem occasione formandi conceptus versus contra me ipsum et Prem Sacellanum, sed hi versus in publicum n prodierunt; libelli autem famosi n se esse instrumentum secundo Iuravit Ideoque Rndissimus Commissarius ad ulteriorem inquisitionem praesentem causam distulit ac differt.

Interrogatus Idem Pr Dozefowicz a Rndmo cur huiusque Iudaeis ratione summae ab eis acceptae n acquietavit. Rndit Pr Dozefowicz qd brevi haec causa Iudaeorum pacificabitur. Itemque ad Conventum Videniens. idque ad assumendam perfectam Religiositatem missus ac ordinatus.

Pr Dormacki a carceribus a Rndmo liber pronunciatur, quem tamen Rndmus praesenti ~~im~~mediante decreto in suo ac Voce activa et passiva ad Sexennium privavit et privat, debereque eius probari corrigibilitatem per annum adinvenit idque sub Regimine Rndi Pris Magistri Noviciorum, propter non gravioris culpae eum subiicit uti tres dies in pane et aqua super nudam terram sedens ieiunet, decrevit ac decernit. Declarationem circa eum ulteriorem ab Eminentissimo debere postulari adinvenit, quoniam nulla in eo humilitas, nulla modestia, nec animi mansuetudo reperitur, qui semper suis Superioribus protervus Contumax ac rebellis quando ad Corrigendum eum procedere voluerunt extitit, et qd magis habitum quotidianum contraxit crapulae: de his omnibus suis culpis primo secundo et tertio a Rndmo Pr Dormacki monitus iussus est abire ad suum Cubiculum et sic sessio soluta.

Anno ut supra die 5 Augusti Rndmus Commissarius instituit sessionem in qua obedientes Patribus ad Varios Conventus ordinatos distribuit sub literis obedientialibus.

Interrogatus hic Rndissimus Commissarius A R Prem Raphaëlem Rathiewicz Prpsm Kneliens. quid Adm Rndus Pr Augustinus Cwikiewicz Conventui suo Miednicens. damni intulerit sub tempus Praepositurae suae Miednicens. qui nunc habet Prior Cracoviens. Rndit qd acceperit Adm Rndus Augustinus Cwikiewicz Prior Cracoviens. a Mgco Dno Staniewicz pro Ecclesia aedificanda flor — 100 Iudex quidam Tribunalitiorum Similiter pro Eccl. dedit eidem flor — 100 Ducissa quaedam dedit pro restauratione templi n tamen scit quantum. Dnus Gabrielowicz dedit quidem eidem A R Pri Augustino nescit an pro funere an pro restauratione templi cum requisitus a Pre Rathiewicz dixerit qd dederit pro funere. Interrogatus Rndmus Prem Rathiewicz utrum fuerit aliquod funus. Rndit n quidem fuit funus, sed pro Missis datum pro aa Pris defuncti absolvendis. Adm Rndus Pr Iosephus Bilowicz Prpstus Swerienis multos Pres nempe Prem Georgium Bilowicz, Prem Aegidium Rogenski, et Prem Athanasium Bazewicz in testes adducebat tum absentes volebat in quorum praesentia Dnus Gabrielowicz dixerat sibi qd pro aedificio templi, 100 flor dederit. Cumque quia n conveniunt testimonia Ideoque Rndmus Commissarius praesenti mediante Decreto me Notarium Pr- pstu Vilnen. et Prem Concionatorem nri Vilnen. ad inquirendam huius rei veritatem in praesentia Pris Prpsti Miednicens. destinavit, sibique depositionem Authenticam mitti mandavit, sicque debere investigare veritatem declaravit.

Prem Piothiewicz

Prem Piethewicz Rndissimus Commissarius Paterne hortatus, ut vitaret ebrietates, suum peccatum homicidy semper defleret, et pro anima eius ad vitae tempora singulariter non intermitteret devotionem et mortificationem coepit; ut se in Religiositate, Pietate ac Sanctitate perficere curaret monuit, requisivit etiam Pris Piethewicz in eo diligentiam, ut Cathechismi Sancti normam addisceret et casus conscientiae semper legere non negligeret, quinimo omnem in eo curam adhiberet, sicque monitum ac informatum dispensavit ab Irregularitate.

Pro Patre Dolmacki Supplicarunt PP, et in eo ipso cum iam Rndmus viderit humilitatem Decretum in immediate praeterita sessione contra eum latum in toto relaxavit ac relaxat, Eundem ordinavit Rndmus ad Conventum Vilnensem pro mansione ubi ut et RP Praeposito et Vicario eius in omnibus obediat monitus ac serio requisitus.

Pr Idzefowicz petyt multorum PP ad Rndmum Instancias ut ad Conventum Vilnensem non mitteret, sed cum Rndmus secundo eum in praesenti sessione Vilensibus ordinandum admonuit, is quasi ira effervescens in haec verba prorupit damnabo animam meam quam religor ad Novicatum, oppressionem autem et gravamen fieri sibi dixit. Quod audiens Rndmus in lenitate Spiritus eum allocutus est dicendo quale ei a se infertur gravamen, cum mittit ad Conventum formalem, ubi singularior Spiritualis habetur schola, in qua dissipata PP. et FF. ordinis possit colligi religiositas, et cum omnis Christianus de die in diem perfectionari debeat, quomodo ergo Religiosi, qui se quasi hostiam Deo obtulerunt, non debent curare quomodo Summum Bonum perfectius laudare et benedicere possent, quomodo vitam suam non in summo perfectionis apice collocare studeant, his et similibus Rndissimus eum affatus et cohortatus est, et cum iam Pr Idzefowicz post admonitionem resipuerit a tanto ausu, tum Rndissimus exposuit ei suam praesentem culpam pro qua multas eum incurrisse poenas dixit, quas ex Paterna Clementia condonavit, mandavit tamen quatenus pro poenitentia sub tempus praesentis sessionis iaceret cruce, et sic eo hanc poenam implente pro remissione eius peccatorum Rndmus cum assessoribus absolvit Psalm: Miserere, cum Collecta Deus qui culpa offenderis, monuit deinde serio eundem ne talia et his similia auderet attentare sub poenis rigidissimis sibi infligendis.

Pro Coronide praesentis sessionis Mihi Rndissimus Commissarius, ad adventum Adm Rndi Pri Lucae Pihielewicz Definitoris Primi Gnrlis officium Praesidentis commisit, et sic laudando omnium bonorum Largitorem Deum ac benedicendo omnes et singulos Pres et FF sessionem praesentem solvit.

Ead. die ut supra horis pomeridianis, venerunt ad Rndmum Iudaei Synagogae Vilnensis conquerentes contra Prem Idzefowicz qui circiter sexcentos florenos de Synagoga accepit, rescriptum eorum restituere promittendo, quod ab anno necdum illis reddidit. Cum autem Rndmus iustam Iudaeorum supplicationem admiserit mandavit Pri Idzefowicz sub poenis rigidissimis quatenus illud rescriptum intra duas septimanas Iudaeis restituere curaret.

Pr Gabriel Piethewicz accedens ad me Notarium dixit quod recordatus fuerit quomodo Illustrissima Ducissa in Klecko Adm Rndo Pri Augustino Cwilichewicz tunc Praeposito Minscensi dedit pro restauratione templi ut colligit viginti Imperiales sin plures, quoniam in receptione illorum plenam manum vidit dicti Pris Augustini imperialibus, postmodum ut idem Pr Piethewicz deposuit, Pr Cwilichewicz fecit destrui campanile, illudque combussit nec tamen quidquam pro ys pecuniys aedificari curavit, appellavit in hoc Pr Piethewicz memoria Nobilis Pauperis dicti Rozanowski et alterius Georgii Kanopacki et ad comprobandam huius suae depositionis veritatem manum apposuit suam. Pr. Gabriel Pietkiewicz

Copia supplicis Libelli Rndmo Commissario a Conventu nostro porrecti.

Rndissime in Xto Pr ac Benefactor Colendissime. Summa pressi egestate ad pedes suos Rndissimae Paternitatis provolvimur, supplicantes humillime quatenus Conventui nostro Vilnensi summa laboranti paupertate, et plurimas pacienti ruinas, ut ys tempestive obviet, et ab hac paupertate conventus erigat velit Paternam suam porrigere manum. Petit itaque Supplex Conventus Vilnensis Imo Dari sibi medium ratione victus et amictus Religiosorum, cum iam desunt media unde sustentari possit honeste Pres Conventuales. 2do ut Inventorium antiquum Conventus Vilnensis pro informatione proventuum qui sint et unde, restituat ab Adm Rndo Pre Nidzynski. 3tio Summam apud Magnificum Dnum Krosynski quasi locatam per AR Pre Nidzynski cum is eam Summam quam nunc dicit esse locatam ex Summa Capitali Conventus et tamen contrarium est, quia non fuit illa Summa realis Mgco Dno Krosynski, sed solum datum rescriptum obligatorium, quod intuitu

praefatus Adm

præfatus Adm Rndus Pr Hidynski Conventui Vilnens: realem vero summam in suum usum vertit) Una
cum Censu annuali ab annis octo, ab hac summa Florenorum duorum millium, et plus quam trecentorum
florenorum Conventui ex soluto recuperari. 4to Etsi in spe recuperationis est summa sex millium apud
Illustrissimum Principem Modernum Cancellarium M. D. L. census tamen secundum Decretum Rndi Convocationis
annorum quinque, cum hucusque non sit restitutus, petit ut restituatur ab Adm Rndo Pre Hidynski Unde possint
latores emi pro Ecclesia. 5to Damna quæ passus est Conventus Vilnensis per violentiam et amotionem pos-
sessionis nostræ pacificæ Vilnens Prædy Antoxzie ab Adm Rndo Pre Hidynski, præcipue in Jumentis
non dum sunt restituta secundum Decretum suæ Rndissimæ Paternitatis, neque Jura reddunt super summam
in illis bonis locatam. Item summa patit iniuriam Conventus Vilnens ratione defraudationis Census sui
annualis, ex ratione defraudationis Rndmi Commissary et Patrum Provincia per Adm Rndum Prem Hidynski
facta, qui in Prima Convocatione asseruit tria tantum millia in bonis dictis Antoxzie locata esse a Conventu
Vilnens et tamen patet supra hæc tria millia adhuc exstare trecentos florenos, a quibus nec solidum dabat ab
annis quinque, sed solum a tribus millibus solvit. 6to Census annorum quinque ab uno mille florenorum quem
percipiebat A R P Hidynski a Mgco Dno Polewicz Notario Castrensi Lidensi et nobis Decreto Rndæ
Convocationis reddi demandatus, nondum ab eodem Pre præfato est, restitutus, quem petit restitui. 7mo
Plures libri desunt, quos tam a Variis benefactoribus, quam a Pribus nris huic Conventui sunt applicati, etiam fuerunt
esse apud Rndum Prem Hidynski. Item Tapetem cum Delmaticis Calix Vilns petit reddi, Vti et Fru:
ctum quem percipiebat ex Fundo dicto Dequie ratione mille florens inscriptorum Conventui Vilns ab Adm
Rndo Dno Modrzeski, idem præfatus A R Pr Hidynski, quod Conventus supplicat sibi reddi.
Quæ Iteratas Vicibus sibi præstari suppliciter expostulat Conventus pulsans pectora paterna et plantas
deosculatur Nos vero uti filios et subditos Rndmæ Pttis Vræ in perpetuum ad serviendum et regratificandum
obligamus per semper manentes. Rndissimæ Paternitatis Vestræ Humillimi Clientes et perpetui Exoratores
Fr Ferdinandus Bartoszewski Præpositus Vilnens mppa Fr Florianus Jeżewski Vice præpositus Vilns Fr Adal:
bertus Malewicz Concionator Vilnens Fr Gabriel Pietkiewicz Fr Theodorus Dolmacki mppa Fr Petrus
Gibalski, Fr Urbanus Balewicz Sacrista Vilnensis. Fr Chrysosthomus Zylinski mppa Fr Daniel Zeglins[ki]

Et quia Ego Georgius Ferdinandus Samuelis Bartoszewski Actorum præsentium Rndmi Commiss[arii]
ry Dni Silvestri Conrecti Rodkiewicz Juratus Actuarius Notarius Omnibus actibus in hisce in
Volumine contentis et connotatis Ipse præsens interfui manuque mea secundum depositionem Ericianis
et Actus Capitulorum fideliter et secundum Deum et Veritatem connotavi, in ys vero in quibus
Intermittere mea ob causas legales et Justas impetrata a Rndmo Commissario et absentia lic[ita]
tia absens aliquando fui a PP fide dignis scripta et connotata, Prius que deponentium coram
Actis Capitulorum dictis fuerunt manibus propriis subscripta, et authoritate eorum coram me recognita sun[t]
et fuerunt Ideo uti Vera et legitima acta mea Ut Idem in officio Sacri Ord mei tam Antenoris
et Capitulum quod præsentis in Ao Dni 1695 inscripta secundum Deum et Veritatem sanctam connotata, et
Ubi ea pro bono Sacri ~~Sacri~~ Ord instaurando secundum dispositionem Stæ Sedis Aplicæ producere et demonstrare
necesse fuerit fidem publicam atque indubitatam habeant manum meam propriam appono, et Sigillo
officy Commissorialis communio Datum Vilnæ 17 Aug Ao 1695

Georgius Ferdinandus Bartoszewski
Secretarius ac Notarius Actuarius Canonicus
Regs Sti Mariæ Demetry de Urbe
Poenitea F B R mtu Præpositus Vilnens
mppa

+

CONVENTUS MICHALISCENSIS

IN NOMINE DNI AMEN

Ano Vt supra 1693 26 May. Actum in Conventu Nro Michalisceñ. Post celebratnem Missarum et pulsu Campanae more solito in Communi Stuba Congregatis Patribus Conventus eiusdem ex mandato Eminentissimi Principis tum ex praescriptione Sacrarum Constitutionum praemittendis Rndissimus Commissarius Gnalis habuit ad Fres sermonem Infra scriptum

SERMO ad Fres Michalisceñ

Magni boni Nuntius Veni ad Vos Adm Rndi Fres, Fres mei in Dno Dilectissimi. Navis enim nostra, qd in hoc magno terrarum Oceano, ut ad Fortunatas aeterni littoris properaret insulas Manu Omnipotenti posita, huiusq fluctuavit, non navigavit, a modo navigatura est, quando dedit eius Ventis Vela secundis Eminentissimus Celsissimus Illmus Dnus Dnus Michael S. R. E. Cardinalis Radzieiowski Archieppus Gnesnensis Legatus Natus Regni Poloniae et M. D. L. Primas, Primusq Princeps, totius ordis nri Protector et Conservator Clementissimus. Pingere volenti mihi, miserum praeteritu atq utinam non rediturum Infelicitatis nrae statum, occurrit similitudo (cui in toto comparandi minus fortunati totis viribus desudavimus) naviculae parvae, inter Syrtes et Charybdes positae qd hac et illa parte peritura allidit, hinc et inde tumentibus aquis contundit, ipsa vero undiq crebris agitata malis fatigat, movet, non procedit ad salubriora, non fugit metuenda. Ecce tibi cum talibus ac tantis approximet malis atq ruinis, de coelo porrectior dextera, subito perituram arripit, eripit, liberat, facitq superatis fluctibus ad portum suum progredi, et felicius navigare. Credite mihi Fratres Nos adhuc usq tempora eiusmodi Navis extitimus. Sacra Religio nostra ex multis Fratribus in Unitate Regulae S. Patris nri Augustini congregata quasi navis et continetis sponsae militi de longinquo portans panem, et gemmas deservit. In profunda illa hoc mare magnum et spatiosum, quod est Sma Passio Christi, dum in meditatione, et propagando cultu eius versat, ipsa vidit flumina sua sanguine praedicatorum Martyrum Maiorum nostrorum impleta, purpurata; ibat ad Coelum portando lapides superioris Jerusalem pretiosos, redibatq ad Muros eius in hoc absconditi thesauri agro, plures quaesitura smaragdos, saphiros, chrysolitos, Amethystos, Hiacinthos. Multorum testimonio seculorum sacer ordo noster, in mediis fluctibus quibus Navis Petri Nomine Xti Filij Dei Vivi insignita agitata fuerat, ad

hunc Vela

huc Velis remisq; contendebat adhuc Navigantium Æmula et exemplar ad Promonto
rium bonæ Spei, Superatis Syrthibus facile properabat. Ventum ad Nos non navigant
sed fluctuantes, Ventum ad tempora peregrinationis Nostræ mala, ad annos deniq;
fecimus et Vidimus mala, Cum Naucleris suis, navis quoq; hæc lectissima, et ar
experta salvationis jam cæpit remissius agere, fluctuare non navigare, pati non agere
deniq; a seipsa dividi et periclitari. Frustra incusamus tempora, Nam et anni no
stri ex Nobis facti sunt Mali. Nos cæli semitas reliquimus, et latam perditionis
Viam amplexi sumus. Nos a Votis a legibus Ord[inis] discessimus, et illicito omni appropin
quavimus, Nos sanctitatem exuimus, et pictam speciem boni Malitiæ larvam induimus
Acta Ill[ustrissi]mæ Nunciaturæ A[postoli]cæ insolentiis nostris usq; ad nauseam implevimus, a
res Apostolicas Sanctissimas clamore ad istos assurgente perstrinximus. Currebamus
per apices litium Deus scit quis dextre quis sinistre, et Viam Mandatorum Dei de
struximus. Silentium illi, qui tacere a terrenis et vanis debuimus, strepitu et cla
gore malæ famæ turbavimus, totum fere orbem sanctiorem in pace compositum perhorruim
Pro Orationibus rixas et mutuas accusationes suscepimus, pro meditationibus sanct
cogitationes Vanas, ambitiosas profanas et mundiales, ac si pro gemmis stercora amplex
ti sumus. Loca sanctorum implevimus, sanctitate vacui atq; inanes, Panem la
crymarum Voravimus, pro peccatis nostris et populi, ne guttulam quidem lacrymæ profun
dentes, Pars Dei nominamur sed ad hæc usq; tempora tales non fuimus. Multa
hucusq; non fecimus sed commisimus opera, pro quibus non pœnitentibus Nobis, si Deus infer
num non redderet, Injuria faceret. Fuimus, sed claudicantes in duas vias nec
Deo nec Proximo proficui, Movebamur de passione ad Passionem, ab illicito ad prohibitu
sed quia hæc omnia in die Judicii, nisi lacrymis abluantur et seria emendatione corrigantur
damno nostro sunt non saluti, eheu! In Vanum laboravimus, fluctuavimus non navigav
mus. Deus cuius natura bonitas, cuius opus misericordia, ad pereundum pro
perantes adhuc Nos perire nolens, dedit Nobis auxilium ex alto, dedit manum dexteram
suam fortem et clementissimam, Eminentissimum Celsissimum Ill[ustri]ssimum
et R[everendi]ssimum Principem Præsulatum D[omi]num D[omi]num Nostrum Clementissimum
qui ex faucibus interitus nos eripuit, atq; in salvationis partem restituit. Prohib
Vibrante gladio Justitiæ Eminentissimus et R[everendissi]mus Michael noster Vi
malorum, aperuit postliminio Apostolico semitas cæli, sedavit lites et excitavit pacem
fugavit odia, et ordinavit Charitatem, propulsavit Instructum telis nequitiæ tentato
rem, et posuit in Nobis ad signo salutis omnium salvatorem. Dedit legibus nostris
robur et animam, superioribus avulsam restituit authoritatem, Religioni filios, et filiis Ma
trem restituere dignatus Religionem. Sumimus quasi signi, non veste tantum sed et ani
mo candidi, Jam hyems transijt imber abijt et recessit surge quisquis cor Cruc
affligere cupis et Veni. Hæc ergo Fratres mei Charissimi bona, plenis ad Vos

li vestri

us Vestri Omnium Servus humillimus manibus; aperite igitur corda Vestra et suscipite, non enim alio thesaurus hic indiget loco, quam Vestro amantissimo Dei pectore. Spero utique hanc salutiferam multum egisse post Capitulum feliciter absolutum in animabus Vestris, spero iam extirpasse antiqua Vitia, sola Eminentissimi Nominis memoria omnes malorum nemeses fugante, et effecisse vos templum Dei, hortum Virtutum, induisseque Dominum Jesum Christum, ; Jam enim et populus Novus, et Rector populi Novus, et Eminentissimus Protector est, huiusque lachrimis suspiriis a Deo expetitus Clementissimus. Sit Ergo infelix ille, quicunque haec bona fundamenti Sancti demoliri quoquo praetextu studuerit, sit benedicta omnis, qui melior et sanctior ab Agno Innocentissimo factus, Religioni Sacrae basis et ornamentum extiterit. Ut autem sanctitatis Vestrae me quoque participem efficiatis, ut gaudium Eminentissimi Principis nostri ex melioribus Nobis sit plenum, facite mihi secundum Regulam et Constitutiones Sacri Ordinis opera Vestra manifesta et ea quae hucusque fecistis non Velata Amen.

Post finitum sermonem Rndissimus Commissarius ab Adm Rndo Pre Cypriano Wrzyna Praeposito Michalisiensi et ab omnibus huius Conventus Patribus humillime exceptus. Qui Omnes et singuli Patres Duce Adm Rndo Pre Praeposito suo debitam Rndissimo Commissario Magnum Nomen Eminentissimi Principis ferenti reverentiam obedientiam praestiterunt.

Post haec Adm Rndus Pr Praepositus praefatus, humillimis precibus Rndissimum Commissarium postulavit, quatenus suscipiat resignationem officii sui.

Deinde Rndissimus Commissarius ad petita Adm Rndi Pris Praepositi non respondens obedientiam sibi praestitam Vulneribus Christi Dni Salvatoris nri applicando pedibusque Crucifixi subiiciendo, gratias egit Patribus Conventus pro exhibito sibi honore, habensque pro principali decorem Domus Dei ad Sancta Sanctorum Videnda, tum etiam Fontem Baptismalem nec non Olea sacra inspicienda processit, Quae omnia ordinata, munda, atque decentissime disposita reperit. Chartas Renovationis Sanctissimae Synaxis ac Oleorum SS. ab Adm R. Pre Praeposito porrectas vidit easque ordinate conscriptas invenit; Metricas Baptisatorum et Contrahentium Sacramentum Matrimonii similiter bene ordinatas munde atque diligenter conscriptas revidit et subscripsit.

Interim R. Pr Ma Surkowicz Michael. Perillustris ac Magnifici Dni Dni Joannis Podoskowski Referendarii et Notarii M. D. L. Capellanus in Fratres comparuit, Et quoniam is cum caeteris Patribus ad exhibendam obedientiam Rndissimo Commissario non adfuerit et tardius venerit, habens sibi expositum statum Sacri ordinis ab Eminentissimo Principe Dno nro Clementissimo restauratum, sicut alii Fratres ad amplexum Regulæ et perfectum secundum præscriptionem Sacrarum Constitutionum Ord nri: fuere p. Paternam admonitionem invitati, ita eum Pr Mazurkiewicz ad eandem perfectionem à Rndmo exhortatus est: Pro eo quod tardaverit nihil illi pro tunc iniunctum, sed de eo in Capit. de Culpis inquirendo præpositus, Utq idem Pr Michael per hoc Visitationis tempus in Conventu cum Patribus permaneret Rndissimus Commissarius iniunxit. Ecclesiam Dei, quam decet Sanctitudo in longitudinem dierum, primo conscribere apparamenta, thesaurum eiusdem Ecclesiæ et Sacristiæ connotare constituit, ad eamq conscribendam, revidendam et connotandam cum omni supellectile sua Sacra processit.

Sub Titulo S. Joannis Bapt. et Stæ Annæ

Ecclesia Michaliscensis murata nondum consecrata, cuius Fundamenta iecit Illustrissimus et Excellentissimus Dnus Dnus Cyprianus Brzostowski Palatinus Trocensis, perfecit vero Perillustris et Magnificus Dnus Dnus Joannes Brzostowski Referendarius ac Notarius M. D. L.: hæc Ecclesia ab intro iam perfecta, ab extra necdum, cooperta coctis tegulis. Loco Altarium Tres Imagines, in loco Maioris Altaris Imago Beatissimæ Virginis MARIÆ gestiens Infantulum JESUM. secunda Imago à dextris S. Casimiri Tertia à sinistris S. Antony. ad singula hæc altaria portatile debite adornatum pro celebrandis Missis. Eadem Ecclesia habet fenestras Undecim, duas ad orientem Quatuor ad meridiem, Quatuor ad Aquilonem, Unam ad occasum, ibiq in Choro Organum Magnum Unum, secundum parvum portatile: sub Choro Porta Ecclesiæ Magna similiter ad occidentem de asseribus quercinis. Cathedra Concionatoria ex ligno simplici opere ædificata, et scamna similiter simplicia lignea.

Sacristia huius Ecclesiæ similiter Murata, cuius Janua ad Ingressum Ecclesiæ de asseribus quercinis: secunda Janua ad Ingressum Monastery ferrea, ambæ munitæ cum seris ab intro et cum requisitis ferramentis. In hac Sacristia Fenestræ duæ, et Crates ferreæ duæ, et clausuræ duæ fenestrarum de asseribus, cum requisitis ferramentis. In eadem Sacristia promptuaria Vulgo Szafy ad servanda apparamenta Ecclesiæ 2. Ex opposito Sacristiæ Depositorium similiter de muro Inchoatum sed necdum perfectum.

Non longe ab Ecclesia in eodem cemeterio Capella lignea antiqua, in loco Ecclesiæ prioris, igne consumptæ.

Inventarium Argenti huius Ecclesiæ

Monstratorium Argenteum, cuius radii deaurati
Pixis argentea cum operculo similiter argenteo et Cruce desuper.
Calices argentei Intus deaurati duo cum patenis.

Calix

+

Calix in toto deauratus Veteris formæ oblatus ab Illmo et Rndissimo Dno Dno Constantino Brzostowski Episcopo Vilnensi ad Quem calicem patena ex una parte deaurata oblata à M. D. Samuele Lewkowski:

Item Calix deauratus flosculis argenteis intermixtus cum patena; à Perillustri Dno Dno Joanne Vladislao Brzostowski Referendario et Notario M. D. L. oblatus. Item Patena à Pixide qua defertur ad ægrotos

Crux argentea cum Reliquiis Sanctorum.

Thuribulum argenteum, Navicula Item argentea cum cochleari parvo argenteo

Lampas argentea pendula, cum Catenulis tribus argenteis.

Inventarium Vasorum ex Metallo eiusdem Ecclesiæ

Candelabra ex Aurichalco Maiora sex, Minora Quatuor,

Candelabra stannea Quatuor. Lagena stanea pro Vino mediam stopam capiens

Fons Baptismalis ex Aurichalco.

Vascula pro Oleis Sacris stannea bina

Cacabus ex aurichalco parvulus pro aqua benedicta,

Campanulæ ad altaria Quatuor

Pelvis stannea cum Urceolis stanneis duobus, Item duo Urceoli stannei.

Formæ ferreæ ad efformandas hostias duæ.

Circuli ad efformandas hostias duo Maior et minor.

Forfices ad extinguendas candelas duæ

Lampas laminea ferrea ante altare pendens.

Candelabrum de aurichalco pensile destructum.

Horologium Unum pendens ad parietem instar Clipei, secundum ad mensam destructum

Inventarium Casularum diversi coloris

Casulæ albi coloris

1mo Casula solennis floribus rubris intertexta cum stola et manipulo.

2do Casula flosculis aureis intertexta cum Dalmaticis stolis duabus et manipulis, Eiusdem materiæ. Vela duo, Bursa et pala seu Suffibula.

3tio Item flosculis aureis intertexta minoribus casula cum stola et manipulo Eiusdem materiæ Bursa et Velum.

4to Item casula serica Polimita Vetustior cum stola et manip.

5to Item Vetustior serica cum stola et manipulo.

Casulae Rubri Coloris

1mo Solennior Floribꝫ manufactis intertexta cū stola et manip.
2do Flosculis aureis intertexta cū stola et manip.
3tio Habens columnam ceruleam cū stola et manip.
4to Floribꝫ albis ac flaveis intexta cū stola et manip. et Velum Eiusdē mae
5to Purpurei coloris flosculis varijs intexta cū stola et manip. Item
Eiusdem mae Dalmaticae duae cū Una stola et manip: uno. Velū eiusdem
Eiusdem materiae.

Casulae Viridis coloris

1mo Serica ex tafeta cū stola et manip. Eiusdē mae Velum, Bursa, et Pala
2do Simplicior Serica habens columnā albam cū stola et manip. Eiusdem
Materiae Velū, Bursa, et custodia.

Casulae Violacei coloris

Caq tantū Una cū stola et manip. Eiusdem mae Velum Bursa Pall

Casulae nigri coloris

1mo Casula nigri coloris cum columna instar Ignis aū elaborata cū stol. et ma
2do Item Serica cum columna Violacea cū stola et manip.
3tio Item Serica cū columna eiusdem coloris, cū stola et manip.

Pluvialia

1mum Coloris Cerulei Solenne cum clausulis ante pectꝫ argenteis.
2dum Simplicius album cū clausulis itidem ante pectꝫ argenteis
3tium Pro Requiem. Omnia Serica

Antependia

1mum Album cum duabus columnis Viridibꝫ. 2dum Rubrum alias
tegumen p eo applicatū per partes filis de argento tractis p partes acu intext
3tium Ignei Coloris bracteis intertextū, 4tum flavei coloris sericeum
5tum Vetus, 6tum Nigrum de tela Linea.

Bursae.

1ma ex Una parte alba ex altera cerulea, 2da Rubra florisata 3tia R

Rubra ossiculis intexta, 4ta ex Vna parte rubra ex altera cerulea, 5ta ex Vna parte Rubra Nabilska, ex altera parte florisita flauca. 6ta Rubra ex Vna parte ex altera parte cerulea 7ma ex una parte rubra ex altera cinerosa, 8ua similis 9na coloris nigri. 10ma cerulei Coloris holosericea cum Stola, pro deferendo Venerabili Sacramento ad Infirmos.

Pallæ.

Vna albæ solennior, Reliquarum praeter supra Nominatas Varij coloris 10

Vela

1mum Velum solenne Ceruleum oblatum a Per Illustri Referend. M. D. L. 2dum Velum album lineum floribus aureis intertextum 3tium Rubrum florisatum sericeum Vnum, 4tum Imperfecte album floribus Varijs intextum 6tum de Lino serico lineatum, 7mum Item de Lino floribus sericeis intextum. 8uum Nigri coloris simplicis materiæ. praeter supra Nominata.

Tabernaculum rubri coloris aureis floribus intextum.

Albæ tenuissimæ telæ alias robbiora Vna

Albæ de tela simpliciori in universum 5

Humeralia tantum 4 Humerale monachorum holosericum auro textum Vnum.

Superpelicea duo. Cingulus de serico Vnus, Simplices 4.

Mappæ 7 Tobalia 5 Subcorporale 1. Corporalia in Vniversum 10

Purificatoria 20 Mantilia 4

Peristromata Eiusdem Ecclesiæ.

Peristromatorum sericorum Vetustorum frusta 17 Tapetes antiqui duo, Item simpliciores duo, Tapes Vulgo Dywan Vnus.

Alia supellex Ecclesiastica

Vexillum Magnum sericeum album alias adamaszkowe cum Omnibus requisitis Nouum cum fune serico rubro comparatum per confraternitatem S. Annæ à Praelibato Per Illustri M. D. Referendario M. D. L.

Vexilla pro processionibus simplicis materiæ rubra duo.

Baldachinum vile de serico. Altaria portatilia 4.

Libri Ecclesiæ eiusdem.

Missalia Noua duo, Missale antiquum in 4to Vnum, Missale pro Requiem Liber agendorum in 4to Maiori sive rituale Vnum, Libri agendorum sive ritualia minora duo, Liber Euangeliorum in Suo Polonicus Vnus, Libellus seu antiphonarium pro cantu chorali Vnus, Secundus dictus Graduale manuscriptus Liber Metricorum Matrimonio coniungendorum et Baptisatorum Vnus, Liber Mortuorum Vnus.

Imagines in Genere Cter 3 citatas tam parua quã magna 19
Figuræ Crucifixi ad altaria duæ Vna Ænea altera lignea
Crux Processionalis similiter lignea. Figura Resurrectionis Xti pro Processionibg
Vasculum ligneum pro hostijs asseruandis. Item aliud de lamina
Tertium varijs filis intextum. Tela pro tegendo altari
Campanæ Magnæ tres pro conuocando populo ad Ecclesiam in Campanili
Versus Ecclesiam, Campana Maior Insignis nn ht Ciprian. 2da Insi-
gnis magna, nn ht Rachel. 3tia Paulo Minor nn ht Joannes omnes
Consecratæ.

Inuentorium Librorum eiusdem Conuentus

1o Sury tom: 6. de Sanctis in fol: 2o Carthagena de Sacris Arcanis Deipar
Virginis MARIÆ et Diui Joseph in fol. 3o Pontani Conciones funebres in 4
Atai: 4tg Birkowski in fol: sine Principio et fine. 5tg Vitæ Sanctorũ sine Princi
pio in fol: 6tg Marci Maruli Spalatensis de Fide, spe, et Charitate in 8uo: 7mu
Philippi Bosquier Claromontani de S. Joannis Baptis: libertate in 8uo: 8ug Concor
dantia Bibliorum. 9ng Raulin in 4to sup Dom: et Festa totig anni 10g. Tom
Conciones Polonicæ P. Skarga S. J. 11mg Commentarij Masii Dusani in Euan
Mat a in fol: in 3: tom. 12dg Disputationes Roberti Belarmini in fol: 13
Epithome Joannis Lopez sine Principio in fol: 14tg Harmonia ex tribg Euang:
composita Francisci Nausea Blati Campiani 15tg Francisci Ribera Commen
in fol: 16tg Commentarij Origenis Adamatij in Math: Luc: et Joann: ac Epist
D. Pauli. 17mg M: Ambrosij Spira Sauissimi de Monte Carmelo Serm: Quadrag:
18ug Pomerius de Dom: sine Principio et fine. 19mg Liber scriptg in fol:
Ignoti Authoris 20mg Julius Clarus Patritig Alexandrinus Juris Consult: in f
21mg Jacobg de Graphys Casista in 4to: 22dg Postillæ Maiores typ: im
pssæ antiquo. 23tig Clipeus Concionatorũ Verbi Dei. 24tg Mammotrectg
25tg Francisci Marini Homiliæ in 4to: 26tg Faustini Soczyn liber Polo
nicg o Znacomości Bożey. 27mg Philippi Diez in 4to: 28ug Conciones
Samuelis Zwierdz. 29ng Odpowiedz na Symbolum Sociniamorum in non
Credo in 8uo 30mg Philippg Melanthon Hereticg. 31mg Academia
peccatorũ Philippi Bosquier. 32dg Antidota Euangelica contra horũ tempor
hæreses Authoris Thomæ Stapletani Angli. 33tig Enarrationes Theophilacti
in Epist: D. Pauli. 34tg Constructio Græca Stephani Griphity. 35tg Osorij
Lusitani annotationes Scholasticæ in Epist: Authore Luca Lossio. 36tg Paulus
de Palatio in 8uo 37mg Promptuariũ Catholicũ 38ug Casista sine prin
cipio et fine in 8uo 39ng Psalm: libellg in min: semi 4to 40mg Conci

nes Dom: sine principio: 41mus Calvini Infernus 42dus Sabbatismus Marianus in 8vo 43tius Liber Italicus Memoriale Sacrum. 44tus Conciones Quadrag. Panigerolae Episc. Asten: in 8vo. 45tus Belatus Canonista in fol: antiquo typo impressus 46tus Candelabrum aureum alias facista in 4to mai:

Libri ab Illmo Dno [illegible] [illegible] concessi [illegible] 1 D. Thomae Agnat. in Apocal. D. Joan. 2. opera Alphonsi Salmeronis in ep. D. Pauli 3. Francisci Suarez S. J. in 3. p. D. Thomae 4 Commentarii in Psal. [illegible] [illegible]

Inventarium Monastery

Monasterium sepibus circumdatum. Porta Magna ad Occidentem altera porta parva versus Orientem 3tia Porta item parva ad Meridiem quae it ad templum. In hoc septo domus Vetus cum duobus tectis habens duo hypocausta et sex cameras, fornaces duas, fenestras universaliter novem, fores tam in hypocausto utroque quam in cameris in cardinibus ferreis cum requisitis ferramentis. Scamna in hypocaustis circumcirca; Mensae Maiores duae. Minores 3. Cubilia 5.

Domus nova cura A. R. P. Ferdinandi Barthsbenski pro tunc Praep: Michal: aedificata tecta schedulis nec dum ab Intro perfecta.

Suppellex Monastery

In utroque hypocausto Imagines crucifixi Dni depictae Veteres in tela. Cacabus aeneus unus. Paropsides stannei 6 septimus destructus. Mappae ad Mensam Refectory simplices 3. Subtiliores telae longior una. Orbes lignei in universum 12. Securis pro secandis lignis una, Veru ferreum parvum unum, Urna maior una, Urnae pro portanda aqua minores duae.

Inventarium Praedy Zabucie

In hoc praedio domus, in qua hypocaustum album cum fornace et tribus fenestris Vitreis, huius hypocausti Janua in cardinibus ferreis, Secundum hypocaustum ex opposito nigrum, In hoc utroque hypocausto scamna circumcirca, In nigro hypocausto Molendinum manu rotabile, Stuppa, fornax; Inter haec hypocausta atrium cum celario subtus ad quod celarium Janua in cardinibus ferreis cum clausura Interna.

Horreum in quo tentorium ad excutienda frumenta, Depositorium foeni: Stabulum pro Equis, Stabula pro pecoribus duo, Ovile Unum, Granaria cum [illegible] ferreis Sutenis duo. Braxatorium cum Balneo, Cacabus aeneus pro paranda Cerevisia Unus

Vasa magna p paranda Cereuisia alias dubty 3. Vrna Maior p portanda aqua Vetg Vna, Vasa ad humectanda frumenta alias Koryta 2. Vnu Nouu aliud Vetus; Vas itidem Nouu alias trybuch Vnu. Dolia 10 Vasa pro Conseruandis oleribg 3 Vrnae paruae pro portanda aqua duae, Vas p fermentando pane Vnum. Securis Vna, falx Vna. Culter p secandis oleribg Vng. Vomeres duo pro arando. Agri huig Pdy amplissimi in qbg arati 140 dolia Vniuers. seminis seminari possunt.

Animalia huig Prædy aliaq Pecora

Equus albus Vnus. Item Equa Vna

Boues ad aratrum Idonei 4 Vaccae 10 Iuniores 2

Vituli 2 Vitulae 2 Vitulae minores 2

Sues mares 8 sues fæminae 6 Porcelli 7

Oues 20 Arietes 2

Anseres 8 Galli Indici 9

Galli Simplices 2 Galinae 15

Alia supellex huius Prædy

Ephippium Vnu sine requisitis. Malleus ferreus, Serrae duae.

Pectines ad purganda Vellera.

Subditi Huius Prædy.

In Pago Łabuić

Elisabeth Krzywonosowa cu duobg filys Casimiro Vxorato, et Christophoro habent boues ad arandu Equos etiam.

Nicolaus aduena absq filys cu Genero, Gener ht Vnu filiu, Boues adarandum et Equos.

In Pago Sobole

Bartholomæus Dzisko aduena, habet boues et tri equos

Bartholomæus Pukiel aduena cu filio Casimiro Vxorato, habet Equos duos.

Georgius Krzywonosid cu filys duobg q habet bouem et Equum.

Joannes Dudzynski Emptus sine filys

Obligas

4

Obligatio Horum Rusticorum.

Vir p[er] decursum totius Anni qualibet hebdomada d[ebe]t laborare dieb[us] trib[us], Femina an[te] tantu[m] duob[us] in septimana dieb[us], id[que] solu[m] a Festo S. Georgij Mart. secundu[m] Romanu[m] Kalendariu[m] usq[ue] ad Festu[m] S. Martini de cætero ad nihil tenent[ur].

Prædy Buinad &c

Inuentarium.

Domus in qua hypocaustu[m] cu[m] Camera habens fenestras 4 fores sine cardinib[us] Mensa Vna Scamna duo, Fornax Vetus, secundu[m] ex opposito hypocaustu[m] nigrum fores sine cardinib[us]; In hoc hypocausto Scamna circumcirca, Mensa simplex, Molendinu[m] manu rotabile, Suppa, Fornax: Intra hypocausta atriu[m] ex atrio Camera sine Scamna.

Vasa huius Prædy.

Vrna Maior, Item Vrna Minor, Vasa p[ro] fermentando pane duo, Vas p[ro] lavandis Indusijs Vnu[m]; Vrnæ minores 2 Paropsides ligneí duo, orbes 12 Vas p[ro] recipiendo lacte à Vaccis Vnu[m]; Vas p[ro] parando Butyro Vnum.

Item hypocaustu[m] aliud nigru[m] p[ro] servandis olerib[us], Vasa pro olerib[us] tria Penes hoc hypocaustum celariu[m]. Seræ huius Prædy duæ.

Horreum in quo Planicies p[ro] excutiendis frumentis cu[m] tentorio Depositoria pro servando fæno et frumentis duo Granariu[m] Vnu[m]. Mensura Viner[?] alias Vulgo beczka, Item 4ta pars eiusdem Mensuræ. Labru[m] Vnu[m], stabula pro pecorib[us] duo Ovile Vnu[m].

Animalia seu pecora Eiusdem Prædy.

Boues duo. Vaccæ Maiores 4 Vaccæ minores 3
Vituli et Vitulæ in Vniversu[m] 12 Hinnuli annoru[m] duoru[m] duo
Oues 30 Arietes 3 Anseres 6
Sues Mares 4 Sues Feminæ 5 Porcelli 4
Galli 2 Gallinæ 7

Extra septa Prædy.

Braxatoriu[m] cu[m] Balneo in quo Vas ad humectandu[m] frumentu[m].
Taberna in qua duo hypocausta et duæ Cameræ. Braxatoriu[m] et Horreu[m] ad tabernā pertinens De hac taberna solvunt Fl. 100

Capella cum 4 fenestris in plumbo in qua Imagines et apparatus Eccl(es)iæ
Michaliscien(sis) Fores huius Capellæ in Cardinibus ferreis cum requisitis
ferramentis.

Subditi huius Prædii

1º Christophorus Wałeyhowicz advena h(abe)t filios 4. Nicolaum, Casimiru(m), Joannem
Christophoru(m), Boves ad arandu(m) et Equu(m).
2º Nicolaus Horbaczewicz advena cu(m) filio Christophoro, Is habet Generu(m) Christophoru(m) Sadargis, qui habet filios tres, Georgium, Casimiru(m) et Jacobum, sunt eis boves ad arandum et Equi.
3º Joannes Horbaczewicz advena absq(ue) filiis h(abe)t Boves et Equum.
4º Casimirus Gosinski advena h(abe)t filiu(m) Joanne(m) Boves et Equu(m).
5º Joannes Sadargis cum filiis Bartholomæo, Jacobo et Georgio, habet boves et Equos.
6º Joannes Woyciełun advena absq(ue) filiis h(abe)t Boves et Equu(m).
7º Stephanus Wałeyhowicz advena absq(ue) filiis h(abe)t Bovem et Equum.
8º Josephus Kibart cu(m) f(ra)tre Casimiro habet Bovem et Equum.
9º Rudadowa Vidua cu(m) filiis, Simone, Jacobo et Bartholomæo, h(abe)t Boves et Equ(um)
10º Casimirus Szypelis advena h(abe)t f(ra)trem Jacobu(m) Boves et Equum.
11º Vidua Bohusowa, cu(m) filiis Laurentio et Jacobo, h(abe)t Boves et equum.
12º Joannes. Łostak absq(ue) filiis habet Bove(m) et Equu(m).
13º Christophorus Meszkiewicz advena cu(m) filio Joanne. habet boves et equu(m).
14º Franciscus Trunchas absq(ue) filiis h(abe)t unicu(m) Equu(m).
15º Nicolaus Kutybka cu(m) filio Casimiro habet Boves et Equu(m).

Obligatio Horum Rusticorum

Viri per decursu(m) totius anni singulis septimanis duos dies laborare tenent(ur)
Uxores autem a Festo S. Georgii ad Festu(m) SS. Omniu(m) binos dies, reliquo vero tempore
Unicam diem Operi aulæ impendere debent.
Insuper Nocturnas excubias singuli peragere obligant(ur)
Vecturas in annu(m) binas Vilnam sive ad Conventu(m) expleri a singulis Moris est
Præter hanc obligatione(m) eoru(m) Nullus eis debet Iniungi labor.

Martinus advena in agro Pleliszki solvit censu(m) uti Charta eius declarat.
Ager sub Pużanis dictus Kamionka.
Ager ad ripam Viliæ dictus Daugtoniszkizna
Apes apud præfatos rusticos si sunt Mel(lis) p(er) medietatem debent aulæ. quando ad eas
apes est tertius inveniens, tu(m) mellis tertia Pars aulæ.

Prædium

Prædium Gudzieniki.

Domus lignea in qua hypocaustum cum camera collabente, et fornace. Fores tam hypocausti quam cameræ in cardinibus ferreis cum alijs ferramentis habens fenestras duas vitreas Mensa una scamna duo: de hoc hypocausto fores ad domum desolatam in cardinibus ferreis.

Ex opposito Prioris hypocausti, hypocaustum nigrum cum fornace simplici, ubique Mensa una scamna circumcirca fores sine cardinibus. Inter hæc hypocausta atrium sufficiens Janua huius atrij sine cardinibus, de atrio camera sine Januis. Seræ duæ

Item alia domus pro oleribus cum fornace et atrio. Stabula pro pecoribus 3 Ovile unum Granaria duo ad quæ Januæ in cardinibus ferreis cum cæteris requisitis ferramentis in quorum uno de ferro a Molendino frusta 22. Horreum unum, Depositorium pro fœno: In Medio Prædij Puteus. Vas unum ad deponenda olera Item 4ta Pars mensuræ Vilnensis ad mensurandum frumentum.

Subditi Huius Prædij.

1º Thomas Mozeyko advena cum duobus fratribus Joanne et Martino, qui habet filium Joannem boves et Equum.

2º Nicolaus Sieczko habet filium Christophorum et boves.

3º Georgius Sieczko habet filium Bartholomæum Bovem unum.

4º Valentinus Gudzinski habet fratres duos, Jacobum, Georgium, Item filium Andream Boves et Equum.

5º Bartholomæus Sieczko sine filijs habet Boves solum.

6º Petrus Sieczko sine filijs habet Boves et equum.

7º Joannes Sieczko habet filium Georgium Boves et equum.

8º Valentinus Kliszeyc habet filium Joannem equos duos.

9º Nicolaus Kliszeyc cum filio Petro habet Boves et equum.

10º Petrus Kliszeyc habet filium Joannem Bovem unum et equum.

Obligatio horum Rusticorum.

Qui plus de agro habet is tres dies quolibet hebdomada per annum laborare tenetur. Qui vero minus habet de agro duos dies exequitur in labore quovis Prædij. Feminæ autem tres dies laborantium æstivo tempore laborare tenentur. duos dies laborantium una septimana duos dies similiter explere alia septimana unum diem tenentur. Hyeme autem idem servatur. Super hos Christophorus Buczynski advena solvit flor. 25 Deinde sex dies tenetur

in annum

in annu' laborare tenet. Vecturas vero duas solet explere

Sup. Prædiu' Gudsienki et sup. Rusticos Nullu' Jus à nobis in scriptis habe

nisi tantu' in Verbis nobis subiecti.

Die 27 May

Actum Ano ut supra ad pulsu' campanæ conuocatis Patribus ad Commune Refectoriu' Emissus Committendis Rndissimus Commissarius Cum Prouide videret et sapienti Intelligeret Fratribus necessaria esse recollectionem circa statu' suu', cognoscensq. nonnullos excedere in eo quod decet Vocationem et sanctitate' suam, Utqualis Paternã ostenderet Monitionem, non statim ad pœnas processit, sed primo quasi hijs spiritualem assignauit recollectionem, Ut eo modo ipsi se Judicarent, recolligerent, emendarentq. in posteru' meliores futuri

Actum Ao ut supra die 29 May more solito ad pulsu' campanæ campanæ Congregatis ad Communem Stuba' Patribus Emissus Ciuitatis Rndissimus Commissarius. Facta diligenti reru' Ecclesiæ et monasterij reuisione confectoq. Nouo Inventorio Illud legi palam in audientia Patru' fecit. Quo lecto, aduenerunt si inuentus Vniversi Ceter frumenta pro seminantur necessaria exigua pro desoladne locoru' fuerunt Seminalis in Vniversum ff 140

Seminatio Hyemalis in Prædijs Ao 1692 et anno Moderno 1693 ab Antecessore A. R. Pris Præpositi moderni Michaelis facta

Siliginis hyemalis.

In Prædio Labucie seminatæ tonnæ 15 et 1/2

In Prædio Gudsienki seminatæ tonnæ 7

In Prædio Buindse seminatæ tonnæ 20

Seminatis Verna in ijsdem Prædijs

In Prædio Labucie	Avenæ tonnæ.	11
	Hordei tonnæ	4 ~~1/~~ 1/4
	Pisorum tonna	1 1/4
	Siliginis Vernæ.	1/2
	Ocimi tonnæ	5
In Prædio Gudsienki	Avenæ tonnæ	3
	Hordei tonna	1 1/2
	Pisoru' tonna	1 1/4
	Siliginis Vernæ tonna	1 3/4
	Ocimi tonnæ	3

+

In Prædio Buiwidze Avenæ tonnæ 2 1/2
Hordei tonnæ 2 1/2
Pisorum 3/4
Ocini tonnæ 4

In Prædio recenter oblato dicto Mloßuny Hordei 3/4

Quo peracto Rndissimus Commissarius volens servos Dei esse bonos et utiles quoque Benefactorum nostrorum gratis. Viderent reformationem in eaque est vita et morum Fratrum in omnibus secundum Regulam et Constit. ord. intendens aggressus scrutinia secreta et Communicatione contra non dicturos veritatem in Const. ord. expressa ptal fulminavit atque ad actum scrutiniorum secundum Interrogatoria sequentia posito Prius Patribus Fratribus huius vocandorum numero processit

Pres Residentes in Conventu Michaliscen.

Adm Rndus Pr Cyprianus Woyna Præpositus Michal. R.P. Ioannes Kor Viceprpositus Michal. R.P. Cyriacus Lordowicz R.P. Franciscus Puzewicz R.P. Michael Maskurkowicz Organarius Eccles. Michal. et Sacellanus Illmi Fundatoris R.P. Mathias Budowicz R.P. Michael Jozefowicz.

Interrogatoria

1mo Utrum satisfiat obligationibus perpetuis?
2do V. in administratione curæ animarum aliquis neglectus non sit commissus?
3tio V. Officium Divinum non sit aliquando ob negligentiam intermissum?
4to V. Examina Matutina et vespertina fiant?
5to V. Compotationes enormes non committantur?
6to V. Pri Præposito reverentia et honor secundum Regulam estet?
7mo V. Sciat cuius opera aut malitia Prædium Trossiczany à Conventu recesserit?
8vo V. Sciat de aliqua conspiratione aut procuratione Infulæ a Pre Kiżynio?
9no V. Sciat quod aliquis ex fratribus infamet Pres coram Illmis Fundatoribus et accuset?
10mo V. non sint dissipata huiusque bona Conventus.

Imus Pr Michael Jozefowicz Vocatus

ad 1mum Resp. In Præsentia sua semper absolutas esse. ad 2dum Resp. nullum neglectum esse in administratione Sacramentorum. ad 3tium Resp. officium Divinum non esse intermissum. ad 4tum Resp. Aliquibus non fuisse in esu ab ipsis examina Conscientiæ. ad 5tum Resp. Compotationes non Committi. ad 6tum Resp. sensisse id. 7mum Resp. se nescire. ad 8vum Resp. se vidisse titulum literarum ad Prem Kiżynium ordinatarum Præposito Infulato perpetuo videmus quas iterum Pr Szelweibein in Choro presentavit. Idem deposuit se vidisse titulum hunc in tabula videmus Per Illustrissimum Rndmum Dnum Melchior Kiżynski Præpositus Infulatus

videmus

Videniensis ad 9num Rs se nescire ad 10mum Rs se nihil de dissipatione bonorum audisse. Pr Michael Cozmaris mp

2dus Pr Mathaeus Budowicz Vocatus ad 1mum Rs semper absolui ad 2dum Rs Omnem adhiberi diligentiam in cura animarum. ad 3tium Rs Nunquam intermi[tti] ad 4tum Rs Examina raro fieri ad 5tum Rs Compotationes nullas esse ad 6tum Rs affirmatiue quod exstet honor Pri Praeposito. ad 7mum Rs se nescire. ad 8uum Rs se nescire. ad 9num Rs nihil horum audire. ad 10mum Rs se nescire quidquam horum. Pr Mathaeus Stanislaus Budowicz mpa

3tius Pr Michael Mazurkiewicz Vocatus ad 1mum Rs se nescire eo quod Inseruiat aulae. ad 2dum Rs se nescire fuisse aliquem neglectum in administratione curae animarum ad 3tium Rs eaque se nescire quoad dies feriales quoad dies festiuos semper ea absolui. ad 4tum Rs se nescire ad 5tum Rs se vidisse ebrium Patrem Mattheum Budowicz in aula, quem ea ipse monuit ut ad conuentum pergeret. ad 6tum Rs se rebellionibus nihil audisse. ad 7mum Rs se nescire. ad 8uum Rs nihil de Pre Ussynio audisse ad 9num Rs se nescire. ad 10mum Rs se nescire ex eo quod in Conuentu non resideat quamuis tamen prope sit. Pr Michael Mazurkowic mpp

4tus Pr Franciscus Pilzewicz Vocatus ad 1mum Rs semper absolui obligationes ad 2dum Rs Vitari omnem negligentiam. ad 3tium Rs Officium diuinum nunquam intermitti ad 4tum Rs hucusque non obseruari ad 5tum Rs Compotationes nullas fieri ad 6tum Rs se nescire de irreuerentia ulla ad 7mum Rs audisse se Pomemenys quod hac in parte minus fiet Pr Ussynski ad 8uum Rs se de tali ausu Pris Ussynski nihil audisse ad 9num Rs se nescire ad 10mum Nihil scit. Apposuit idem querelam contra Prem Ussynium quod eum non susceperit ebrius cum aliis assec[l]is suis similiter ebriis in Residente ante capitulum a Pre Prouinciali ordinatum

Pr Franciscus Pilzewicz mp

5tus Pr Ciriacus Lorkowicz Vocatus ad 1mum Rs obligationes absolui. ad 2dum Rs esse omnem curam in administratione Sacramentorum. ad 3tium Rs Officium Diuinum non intermitti ad 4tum Rs Examina hucusque in communi non absolui ad 5tum Rs nescire illa de compotationibus ad 6tum Rs Omnem reddi obedientiam Superiori debitam. ad 7mum Rs se nescire ad 8uum nescit ad 9num nescit ad 10mum nescit. Pr Cyriacus Lorkowic mpp

6tus Rndus Pr Joannes Kor Vice Praepositus Michalisiensis Vocatus ad 1mum Rs Nunquam obligationes intermitti imo semper absolui ad 2dum Rs Omnem curam adhiberi in administratione Sacramentorum ad 3tium Rs Officium Diuinum nunquam per neglectum aliquem intermitti sed semper rite ac debite peragi. ad 4tum Rs Examina hucusque in communi non absolui ad 5tum Nescire se quidquam de compotationibus neque ad hoc tempus eas reperiri dixit. ad 6tum Omnem suo Superiori reddi reuerentiam atque obedientiam affirmauit ad 7mum Nescit. ad 8uum nescit ad 9num nescit ad 10mum nescit Pr Joannes Kor Vice Praepositus Mich: mp

Item Rdus Pater Praepositus ultimo ad 1mum R. semper absolvi obligationes ad 2dum
R. semper adhiberi verum curam in administrandis Sacramentis ad 3tium R. offi-
cium Divinum nunquam intermitti. ad 4tum R. non semper fuisse ob sui absentiam
ad 5tum R. passim aliquos Fratres crapula gravari sed sine scandalo ad 6tum R.
realatrasse ab initio Fratrem Matheum sed post poenitentiam iam se correxisse. ad
7mum R. suspicionem habere quod Pater Michael sit in causa, eo quod ipse nunc Illmum
Dnum dictum persuaserit et occupaverit ubique eam frumenta seminaverit ad 8uum
R. audisse se a Patre Tyszna haec verba cum fuissemus Varsaviae venit Pater Alfonsus
ad Dnum Kolinski Patronum suum dicens id perdidi Infulam nec mihi licitum illam pro-
curare cui R. Dnus Kolinski, non perdidisti ego illam tibi procurabo quasi tu nec scires et
si te accusaverint potes iurare quod tu non procuraveris nec sciveris. Idem apposuit ea
audisse se dum esset vitus quod quadam vice Pater Krzyna cum Patre Lemdenski rixando insurre-
xerit contra Patrem Krzynum dicens, Iam vester Praelatus Krzyna non Praelatus cum Refor-
dit Pater Paulus adhuc potest esse Praelatus. ad 9num R. habere se suspicionem contra Patrem
Matheum Turkowicz probabilem, quod ille captando adulationibus gratiam Illmi ut penes illum semper
esset accusaverit invidiam eam falso superiorem loci et alios Fratres coram Illmis Fundatoribus
ad gravi factura gratiae eorundem Illmorum, propterque illum sine causa irritatorum ad 10mum
nescit aliam dissipationem, praeter hanc quia tempore Capituli praestantum manentes Patres
intra spatium sex hebdomadarum expenderint quinque tonnas siliginis et 18 ollas bu-
tyri. Idem deposuit querelam contra Fratrem Matheum, quod Epiphium bonum nescit quo po-
suerit. Et pileum vulpina pelle obductum defuncti Patris Christophori Terpilenski.

Pr Cyprianus Woyna Praepositus Michalisernsis mp

Quibus auditis maturisque discussis Rndmus Commissarius solum Deum et Iustitiam eius
prae oculis habendo ad singula Decretum eiusmodi tulit atque decrevit. Atque imprimis
pro Reformatione Conventus Michalisernsis pro examine matutino et vespertino pulsari
campanula in Curridoris pendulam statuit, ad quam omnes et singuli ad Ecclesiam convenire
debent, illud atque prout sibi praescriptum est absolvent. Patri Budowicz pro crapula et inobe-
dientia semel attentata disciplinas duas in Ecclesia post Examen adimplendas assigna-
vit ad Patrem Mazurkowicz de accusationibus Fratrum et negotio circa alienationem
Trosseczany in aliud tempus reponit. Patris Krzyny causam et praesumptionem Infulae
innovandae ulteriori adhuc Inquisitioni reservat praesenti decreto suo mediante ad Cr-
missa. Puncta a se data omnino servari et maxime circa vitandam Ebrietatem praecipit et
serio mandat. Item Rndmus Commissarius sub poena excommuni-
cationis Indignationis Patris Augustini hostilitatis in Sacram Religionem
serio prohibet atque inhibet praesenti decreto quatenus Fratres et Patres non se infament coram

secularibus maximè coram Fundatoribus nostris, quod nefandum malum huiusque a nonnul-
lis nostrorum consitatum consistendo Juri communi et speciali Ord. tum eam obviando
multis inde provenientibus damnis, scandalis, inconvenientiis delet prorsus et abole-
sub infallibili dictarum poenarum executione in reos facientes, atque His per-
actis soluta est sessio.

Actum Ao ut supra 30 May Convocatis Patribus ad pulsum campanae in com-
mune Refectorium [illegible] Emittendis Rndissimus Commissarius horis pome-
ridianis fecit congregationem quia propter rationes ab Illmo Fundatore propositas quibus sol-
vendis tempus antemeridianum impendit eo tempestivius facere non potuit. In qua
Propositiones Illmi Fundatoris de restituendo sibi Jure in Praedium Trossbany
ab Illmo Parente suo Fundatore nostro nobis oblatum resignatis, propter Eminentissimi
Principis Protectoris nostri authoritatem tum eam propter sacri ordinis manutenendam Inde-
mnitatem ad declarationem Eminentissimi Protectoris tum eam et Venerabilium Definitorum
Ordinis in convocatione proxime futura promulgandam in totum repressit et reponit. Horas
NB ad con-vocadne re-missio
Canonicas diebus solemnioribus quippe in officio Primae et vesperarum Viri ad mini-
mum 4 Fratres in choro non obstante legitima externorum absentia adfuerint decan-
tandas praecepit et iussit. Res post Patrem Serpitowski Concionatorem
Michaliscensem defunctum derelictas taliter disponit. Manuscripta eius Theolo-
gica et Concionatoria manca et imperfecta si quae ad usum valere possunt Conventui Mi-
chaliscensi applicat eaque Rndmus Commissarius ad futuram remissionem suam in una
cistula occludit ac custodiis Admodum Rndi Dni Praepositi cum diligentia demandat
ne aliquod depereat, clavem a cistula dicta penes se reservat. Pileum Zebellinum
antiquum et iam usu attritum defuncti Dni Pri Mathiae Budowicz obtulit. Ca-
lendarium similiter attritum Pri Ciriaco Lorkowicz applicavit. Pulvinaria duo dis-
positioni Admodum Rndi Dni Praepositi commisit: Pulvinar magnum similiter usu attritum
dispositioni eiusdem capioris pro necessitatibus Fratrum concessit. Rndo Pri Ciriaco pro
facto per vana necessariorum suorum dilapidatione 3bus Vicibus [illegible] in Vim
prandii: recitare praecepit monendo eum ne ulterius similia faciat. Pri Mathiae Bu-
dowicz quatenus curaret restitui Conventui Epiphium post obitum Rndi Patris
Burhacki derelictum omnino Rndissimus Commissarius demandavit sub poenis gravioris
culpae per duos menses incurrendis et exequendis in casu non restitutionis. Obligationes
NB ad Convocadne reservatio
perpetuas Conventus Michaliscensis prout sibi in Registro traditae sunt Rndmus Commissa-
rius ordinandas et disponendas ad futuram convocationem reponit. Librum Mor-
tuorum et in Ecclesia sive Cemeterio sepultorum conscribendum demandavit Re-

gista

remissa

gista Proventuum et Expensarum bene ordinata ac disposita subscripsit. Querelas
contra Prem Nicolaum Troianowski respectu lignorum divenditorum ad ulteriorem
requisitionem et Inquisitionem reposuit. Tempore Capituli dissipitas fruges p Manus
Prsidis dolori commisit et futurae correctioni. Tandem In Sessione Consist.
Ords ad Culpas processit de qbq singuli palam Interrogati, Siqd aliqis contra aliquem
de medio sui n haberet qd corrigi necessum esset de quo singuli Pres Interrogati cu nihil
Ejusmodi se scire declarasset, neq ee aliqd in Contu suo inconveniens novum atq recens.
Rndmq Commissarius Deo p benedictione loci grãas egit, eosq de perseverantia sua
Religiosa exhortatqe in Dno. p culpis iuxta Inquisitionem decretum Prbq Culpa:
bilibq legi fecit, tandem p Coronide actq praesentis Visitationis Iuxta tenorem Constit.
Ords Culpas A. R. Pris Prsidis et Conventualium suas ingenue audivit p usq poeni:
tentias sibq et singulis Iniunxit. Quatenq Omnes dicerent semel Psalm: Poenitent. et
absolutionem eodem tribuit, hoc clara voce reservato qd hac absolutione n intendat
absolvere eum a sententia excommunicationis latae sententiae p registq in Visitatione, quocumque re
spectu notam sibi veritatem n deposuerit.

Et Quoniam alia e res p Religiosorum qm Secularium aliqdemq eorumdem casq, ideo Rndmq
Commissarius praesentato sibi p A. R. Prem Prsidis Aliis Pre Francisco Pulsewicz
Pras Conventualium confessario dedit facultatem absolvendi Pres [illegible] seu a [illegible]
Casibq reservatis religiosorum tamdiu donec expressa Eminentissimi Principis Rndmq
Commissarius n habuerit sup eo.

Rndum Prem Michaelem Mazurkowicz in organarium Conventus Michalisen:
ordinavit qui etiam obsequia spiritualia Illmi Fundatoris cu licentia sui Prae
positi adscivit.

Rndum Prem Michaelem Jodesowicz in Concionatorem Ordinarium Contq
Michalisen: ordinavit, de levitatibq suis eundem admonuit q se emendaturum
spopondit. Concionator autem factq post obitum R. Pris Christophori Stapilowski
Tandem cu nihil sibi agendum in hoc Conventu restare videret totum suum
praesentis Visitationis actum ad Gloriam Dei Omnipotentis Rndmq Commissarius
ordinando finivit et Sessionem ultimam solvit.

S

Anno

Act

brationem

ad Sam

Cmissis

minentis

In Qua

naturā

loco in Vi

In eteri

bus vero e

tundunt

menes

Macedoni

quasi nih

Theros dic

Incurrit

Ikkis at lan

tandem he

n Vitind

à Malo e

Noctura.

Mundi fa

trans mala

seq Petr

nihil

nec ploran

ex hoc

neq Unq

bus extin

dulo

4

CONVENTꝰ TVERCENSIS

IN NOMINE DOMINI AMEN.

Anno ut supra 1693 die vero 4ta Mensis Juny
Actum in Conventu Tuercen[si] nri ord[inis]. Peractis Divinis, postq[ue] Cele-
brationem Missarum Rndissimi Commissarij more solito horis antemeridianis ad pul-
su Campanae convocatis ad Commune Refectorium praefati Conventus Patribus et Fratribus,
Commissiq[ue] Committendis tum ex praescriptione SS. Constitutionum Ordinis nri, tum ex Mandato E-
minentissimi Principis Dni Nri Clementissimi habuit ad Fres sermonem scil.

Sermo ad Fres Coetus Tuercens.

In Quadro positus novae Civitatis Coelestis Solymae haeredes et filij, non rotunditatem animi
naturâ instabilem, atque huc illuc facile moveri natam, sed quadratam et firmitudine cordis
loco in uno stantem atque immobilem induere conamur, Fratres mei in Christo Dilectissimi.
In caeteris quae sunt Mundi caducae rei, nostri dissimiles aliquando misceamur et fluctuamus, in rebu-
s vero et aeternis, pertinaces et obstinati sumus, nulla nos prospera revocant, nulla adversa re-
tundunt, sed consistimus in ijs quae sunt ad Deum, et salutis animarum medullam. Frustra Hippo-
menes pomum quodcunque pretiosissimum projiciat, ad coelestia stadia Atalantae, quia non respiciet, frustra
Alcidoni aeternorum sertorum flagrantissimo, pulchritudo malum eburneum videnda occurrit, quia
quasi nihilum despiciet: frustra naviganti ad littora coeli, et fortunatissimas ingredienti Insulas, pro-
theros deceptura occinunt Syrenes, quia non suscipiet; frustra Peregrino ad Patriam beatitudinis,
occurrit adversarius in via tanquam leo rugiens, et quaerens ut devoret, quia non pavebit. Cum Achille
Ossa atlanti non cum Heliogabalo aut Chameleonte rem aggrediuntur in terris commorantes, pulsando ter-
tandoque beatissimos quaestatus supernae felicitatis ac suavitatis in corde coelicolas. Non lutum [illegible]
non vitrum fragile, sed adamas, et omnis firmissimus lapis mens dilecta Deo, et animus recedens
a malo et quaerens bonum. Nulla eis incus aut malleus, nulla vis aut potestas fuerit
nocitura. Semel adscripti Pompeio non referunt Caesarem, semel addicti Deo et animo, non militant
Mundi carni, aut primo omnium mendacissimo et deceptori Diabolo. Patrem suum a pudicem in-
trans malam, et vicissitudinis obumbratio invitant electi ad Patriam aeternae salutionis. Filij Simul-
que Petram servuli Dei, ad omne bonum semper prompti sunt et faciles, ad omne malum semper im-
mobiles rigidi et saxei. Plorat apud eos desertor Christi Petrus usque ad mortem eum, quod commisit
nec plorandam ulterius committit, semel factus pauperior factus sponte sua Franciscus, non amplius
ex hoc varissimarum omnium compendio ditari possit, Respicit ad Apostolatum vocatus Paulus,
neque unquam desinit, ardet Deo igne consumente accensus Augustinus, neque in medijs flucti-
bus extinguitur. Arundo super Meotica Paludem vento agitata impie, interdum scripta mo-
dulo, interdum infando praeparata dolori, sed sanctior vitaeque divinae tenacissimus paget, palmam

ad victoriam

ad Victoriā, Cedrꝯ ad fortitudinē, hinc id dicente oraculo: Justus ut palma florebit,
sicut Cedrus Libani multiplicabitur, plantati in Domo Dñi, in atrijs Domꝰ Dei nostri.
Non enim infirmū illud quod Omnipotens dextera in sorte suā elegit, et sustentat, neq m-
tabile omne quod immutabilis Virtꝰ occupat et confirmat. Reperiri non nunquam possunt in-
ter operarios illos qui ad opus salutis vocati ad manibꝰ manserunt, Dedali illi, qui quod ma-
ne ædificarunt, vespere destructū plorant, quod vespere excitaverant mane dirutū mirantur
et ingemiscunt, sed hoc humanæ fragilitatis argumentū, firmi tamen et stabiles in eo quod
ruinas mentiū non negligunt, sed resuscitant, et quanto magnificentiꝰ opus incauti destruere
tanto maiore studio, ardentiore Zelo destructa sua noverunt reparare, donec consurgat Civi-
tas sine lapide et calce facta habitatio digna Deo. Impij vero mali intentionis sui cupi-
dissimi quibꝰ fragilitas ad pœnā non cautionem data, quod semel destruxerunt, emendare negli-
gunt. Perditi illi irreparabile damnū, in eo quod semel defixi in se ipsis steterunt, hinc assistunt
nec monent, nec manū porrigenti porrigunt. Sua palatia demoliuntur, sed demolita non emendant, vir-
tutū ordines dissipant, sed dissipatos colligere contemnunt, mala libentiꝰ committunt, sed difficile
commissa plangunt, ad mortem et interitum currunt, sed retrahentē sese oderunt, viaq se ad tra-
here sistant. Deus illis hospes est, quibꝰ singula nefas, bona agere subitū incipiunt, sed non perseve-
rant, sed alios ire se velle dicunt sed factis aliud patrant. Currunt non comprehendunt, ædificant non con-
summant, navigant non perveniunt, optant non assequuntur, dicunt non faciunt. Similes facti stipulis ex-
quibꝰ quæ vento rapta in sublime evolat, sed non pervenit. Statuæ Nabuchodonosoris, cuius caput
aureū sed pedes lutei, Chymeris illi, cuius caput humanū sed reliquū corpus ferreū, Isti-
tibꝰ illis, quorū initia cantꝰ, et finis planctꝰ, convivantibꝰ illis, quorū primꝰ esus dulcis, sed
extremꝰ mortiferꝰ sunt et amarꝰ. Eheu! monstra cordiū, eheu Chymeras mentiū! Deꝰ non
irridet, neq ideo misericors, patiens et exorabilis ut a nobis tentet, sed ideo, ut emendati et meli-
ores facti cum fiducia accedamꝰ ad Thronū gratiæ eius. Conclamatꝰ res ita vivendū apud Eccli
cap 2. Væ illis qui perdiderunt sustinentiam ve infallibiliter in bono, salutisq animæ suæ negligentiꝰ quod in-
operantibꝰ inclinat: Gregoriꝰ dicens. Sustinentiā quidem perdunt, qui bona inchoant non consumman-
quibꝰ primū væ esse dicit, quia non solū meritū spti laboris mercedem perdunt, sed et apostatantꝰ qui per-
feriunt. Mare aquarū Oceanꝰ, natura sua aquā offerre volentibꝰ semper est, sed qui ad aquā
non veniunt siti emoriuntur. Fons omniū necessitati et refrigerio, sed ijs qui cū vase fracto, aut cri-
bro ad se veniunt, labori non fructui. Idem de Deo omniū bonorū fonte et Mari inclamat, Poeta
quis scit si misereatur Deꝰ et convertatur? Non quod Deꝰ facilè sit ad preces, gemitꝰ, et lacrymas, pœ-
nitentiū, sed quia nos diu sæpiꝰ a proposito emendationis ad eadem relapsi recedimꝰ, aditū miseri-
cordiæ Dei, ipsi nobis plerumq excludimꝰ. Irritatores bonitatis Eius, diu in ijsdem offensio-
nibꝰ perseveramus, ipsi malo nostro meremur, ut visceribꝰ gratiarū indigni simꝰ. Dum prius pœni-
tentes ad fonte gratiarū eius plorando accessimꝰ, vasa contriti cordis bona tulimꝰ, et reportavimꝰ
cuta indulgentiarū. Dum pluries ad culpas reditū facientes, antiquis ijsdem alligati ad eandem
[illegible] Ceiformamq, iam forte corde destructiore, latiq ad vetita patente, quasi cribro aquā vi-
vam [illegible] æternis æstibꝰ adurendi, voluntaria maceratione sicci apparemur. Utinā usq ad me-
dullas cordis nostri perveniat inclamans suadens boni propositi robur validiꝰ Regius vates. Filij ho-
minū usq quo gravi corde! et clementissimꝰ apud Isaiā Deꝰ, usq quo delicijs dissolveris filia
vaga! Convertimini ad me! Ita, ut a genere ad speciem a specie ad individuū perveniā, nos

nei in Alto Chari

nei in Xto Charissimi, Omnes et singuli, Eiusmodi Lunae et arundines, in bono Instabiles, et fa-
cile ad illicita Mobiles fuerimus. Recolligite quaeso antiquum statum nostrum, et incidetis in Vertumnos.
Quoties concordiam fecimus, quoties foedera beatae pacis iniuimus, quoties donatas culpas plangere
proposuimus! quoties Umbras Vitiorum sequi statuimus! quoties leges sanctissimas pro conseruanda
Viuificandaque in Nobis pietate ordinauimus. et quid eorum quae promisimus impleuimus? quando non laesimus fra-
ternam concordiam! quando non Violauimus constitutam pacem? quando planximus quae fecerant mala quae fecimus? quan-
do in peccata nostra seuiuimus! quando denique legem in Capitulis nostris latam Impleuimus? Deuolutus
ipso Conuiuium ad culpis Fratrum et tumentibus minis ad Interitum ferme proprior Vniuersus ordo, in bonis
actionibus Nimium Nos debiles fuisse arguit et conuincit. Iam iam rueremus ipsi ad Inferna Domus nostrae
properante, nisi nos Validissima miserentis Dei dextera perire Volentes impediret. Dedit etenim
Nobis Eminentissimo Principe Celsissimo Illmo et Rndmo Dno Dno S. R. E. tit. S. MARIAE
de Pace Cardinali Radzieiowski Archieppo Gneznensi Legato Nato Regni Poloniae et M.
D. L. Primate Primoque Principe. Romanae Cardinalitia authoritate, Domini Regis Sanguinis
potestate, in toto denique orbe summa fulgente authoritate, fecit ne plus Mortis quam Vitae cupidi
periremus. Ergo Fratres mei Charissimi de Morte translati ad Vitam, ut spiritum hunc ab Emi-
nentissimo Principe, Dno nostro Clementissimo vere vitalem in Nobis conseruemus, opera Viuen-
tia amplecti necesse habemus. Ut bene sit Nobis, bonitatem a Clementissimo oblatam simul, Utraque manu
apprehendamus. Ut Regulam Implere et superare bona bonae Matris S. Religionis proles laborare
possimus, Virtutes per annos numeremus. Ut in Ecclesia Xti vigore valeamus in bonis Imo in optimo con-
stantes simus. Vestrae hoc pietatis est, ut ea quae sunt salutis et Sanctitatis vestrae exacte impleatis.
Mei propensissimi in bonum omnium vestrum Obsequium munus, ut Vos tam bonos quaerendo Inveniam, quam
Omnes optimos fore spero et precor, Videamus In Vobis ad solatia Eminentissimi Principis Dni mei
Clementissimi, Voluptatem Dni visitandique continuo actu meo templum Sanctum eius. Amen.

Post finitum sermonem Rndmus Commissarius dixit ideo lectas esse literas suae Authoritatis ab
Eminentissimo Principe sibi datas ut sciant Omnes et singuli suam esse in omnes extensam
Iurisdictionem. Postulauit itaque reddi sibi a Rdo Pre Praeposito loci et toto Conuentu Obedi-
entiam. Quam sibi praestitam libere ac reuerenter Prum et Frum submissionem Deo summo
pro bono obtulit, Cordi Beatissimi Patris Augustini applicauit, Honori Eminentissimique Prin-
cipis Dni nostri Clementissimi ~~[illegible]~~ subiecit. Dixit insuper non sibi sed Superioritati ord-
Sacri hanc reddi reuerentiam quam pedibus Crucifixi Dni nostri Iniiciens, in Corde Xti Dni
et Vulnere lateris Eius recondi velle Fratres humiles declarauit.

Deinde ad Visitandam Ecclesiam cum Adm Rndo Pre Praeposito aliisque Conuentualibus pro-
cessit. Ibique coram Venerabili Smoque Sacramento facta debita adoratione paululumque o-
rans Smam Synaxim Vidit quam Omnes Fres benedixit eamque honeste repositam reperit.
Ad Fontem Baptismalem procedens eum Mundum Inuenit Olea quoque Sacra in honesto loco
reposita Ano praesenti 1697 die 30 Marty renouata Vidit.

Inventarium

INVENTORIUM ECCLESIAE

Ecclesia Lignea cuius fundamenta de muro, ipsa bona et formæ bonæ cuius tectum
et Copula Indiget reparatione.

Hæc Ecclesia consecrata tit: SS.mæ Trinitatis et Immaculatæ Conceptionis B.ssimæ
Virginis MARIAE

In hac Ecclesia Altaria tria. Altare magnum Novum per partes deauratum Sum-
ptibus Perill.mi ac R.mi D. Felicis Pac Succamerarii M: D: L: comparatum Ex parte al-
taris ad dextram Sculptura S: Joannis Baptistæ, ad sinistram S: Felicis Martyr: Super al-
tare loco Imaginis Passio Magna Sculpta.

Desuper huius altaris Imago SS.mæ Trinitatis.

Reliquiaria ad Crucifixum pendent 11 Decimæ de Succino 2.

Ab ingressu ad Ecclesiam a dextris Altare minus S.ctæ Annæ de Asseribus,
et Imago eiusdem S.ctæ in asseribus depicta, sit applicata sibi Confraternitate S. Annæ In-
troducta A.o 1686 in d.ta Imagine Murenulæ Crystallinæ 4 Argenteum Cor Unum.

A sinistris altare minus secundum similiter de asseribus Ibique imago Immaculatæ Conce-
ptionis BVM cum confraternitate Eiusdem tituli sibi applicata A.o ut supra Introducta
huic Imagini duæ Coronæ argenteæ applicatæ Maior et minor

In Eodem altari quasi sub Velamine Versus Imaginem Immaculatæ Conceptionis B. V. M:
quæ elevari solet, Imago B.ssimæ V. MARIAE ab antiquo miraculis fulgens. Huius
Imaginis Vestis de auro puro similiter et X.ti D.ni, Coronæ duæ aureæ sup. Caput B.V.M: et X.ti
D.ni, Vestis hæc utraque similiter et coronæ ambæ lapillis rubinorum adornatæ Impensis Celsi
Perill.mi M. D. Pac. Item eadem Imago Circumferentiam habet argenteam, Rubini in
Imagine et Coronis sunt in Universum 112 Corona deaurata argentea cum Luna simi-
liter argentea deaurata. Vota in eodem altari ad Instar cordis elaborati Maiora et Mi-
nora, sunt, 4 Capitis in modum [illegible] Una, Pedes duo argentei Maior et minor. Item
Votum Unum magnum cum Catenula argentea Vota simplicia argentea Maiora et minora 1
In marginibus Imaginis alias na Romach rosulæ parvulæ argenteæ 16 Maiores ro-
sulæ 4, Angeli etiam in cornibus Marginum 4 argentei, In iisdem Marginibus flores argen-
tei oblongioris formæ sunt 8

Margaritarum maiusculorum in hac Imagine pendentium funiculi duo. et medio-
criorum funiculi tres. Margaritarum minutissimarum funiculi duo.

Annulus aureus Unus, Argentei duo Maior et Minor

Monile seu Clenodium auro inclusum Unum adamantinum; Aliud item Clenodium aureum Con-
tinens in se rubinum. Tertium Item aureum subtilissimi operis. Quarta rosula cum 3
rubinis. Catenulæ aureæ frustulum parvum ad Collum X.ti D.ni pendens.

Metallum de Gypso auro obductum in Cuius Una parte depicta Imago X.ti D.ni in alia parte I-
mago B V M. Reliquiaria et Imagines de Pargameno instar Reliquiorum 4

Scapulariorum paria 3

Rosulæ argenteæ deauratæ duæ Stellula argentea deaurata Una

N3 Secundum Inventarium Decima cum metallo et duæ rosulæ aureæ cum rubinis n reperiuntur. 4tum Altare Confraternitatum Portatile parvum ad quod Velamina Citrinea. In hoc Altari ex una parte Imago Immaculatæ Conceptionis BVM: ex alia parte S. Annæ.

Velamina ad eandem Imaginem

Velamina duo Violacea parva floribus aureis intexta cum fimbriis argento aureis.

Velamen ex tafeta Coloris Citrinei cum fimbriis argento aureis. Item Velamen Viridis Coloris

Velamina duo rubri coloris oblata a M: D: Bilikowiczowa Item Velamen alias fartuszek

Velamina duo Viridis Coloris sericeæ albis filis intextæ, coloris rubri materiæ dictæ Atlas filis aureis opere elaboratum:

Item Velamen Viridis Coloris Maius a M: D: Bilowiczowa oblatum.

Reliquiæ SS. ad Eandem Imaginem

Reliquiæ S. Victorini Inclusæ tecæ Ligneæ.

Reliquiæ S. Felicis Martyr. Inclusæ tecæ lamineæ.

Agnus Dei in Medio altari in modum Crucifixi in reliquiario inclusus.

Inventarium Argenti huius Ecclesiæ

Calices sunt tres quorum Unus totaliter deauratus secundus et tertius Intus tantum deauratus patenæ similiter deauratæ 3.

Pixis argentea Intus deaurata cum operculo et Cruce desuper argenteis.

Monstratorium Unum per partes deauratum,

Lampas Una Magna argentea cum catenulis tribus et corde pendulo argenteo.

Lampas secunda Minor ad Imaginem SSmæ V: M: pendens oblata a M: D: Dublicki similiter cum 3bus catenulis argenteis

Thuribulum Unum Argenteum cum navicula stannea ~~[illegible]~~. Navicula argentea non reperitur secundum inventarium antiquum

Pelvicula argentea Una, Ampullarum seu Urceolorum argenteorum paria duo

Cruces argenteæ duæ Maior ~~M~~ et Minor.

Candelabra argentea Magna duo, Vasculum argenteum ab intro deauratum pro deferenda Sacra Synaxi ad Infirmos.

Apparamenta Coloris albi

1o Casula ex materia dicta lama. id usu attrita cum columna Cærulea eiusdem materiæ, fimbriis lateralibus e filis dictis Bych: circa ipsam columnam e filis aureis cum stola et manip:

2o Casula ex materia dicta Axamit, flores habens Virides cum fimbriis sericeis cum stola et manip. Manipulus stola cum columna Una indiget reparatione

3o Casula ex materia dicta Adamaszek, fimbriis lateralibus rubeis, circa columnam Viridibus cum stola et manip:

4o Ex materia dicta Nedza cum columna Viridi eiusdem materiæ cum fimbriis sericeis albi et rubei coloris intextis habet stolam et manip.

5o. Casula iam nimium attrita sup. fundum album hns flores ceruleı coloris, retro habens columnam sericeam, alia de carbaso flores deinde sup casulam de filis Szych hns stolam Manip:

Casulæ coloris rubei

1o Casula solennis serico subducta ex maa Turcica floribus aureis intexta, fimbrias laterales hns ex filis Szych, circa columnam vero ex filis aureis cum stol: et manip:

2o Ex maa sericea dicta Altaysia wtwodz habens columnam viridem eiusdem maa cum fimbrys sericeis Eiusdem maa stola et manip:

3o Ex maa sericea dicta Axamit iam casula antiqua fimbrias hns sericeas cum stol: et manip:

Casulæ Coloris Viridis

1o Ex maa dicta Lama serico subducta Cum stemmate Illmi Fundatoris hns fimbrias argenteas cum stol: et manip:

2o Ex maa dicta Nydda cum Columna alba eiusdem Coloris hns fimbrias sericeas cum stol: et manip:

3o Ex maa dicta Buracia cum Columna sericea rubea fimbrias hns sericeas cum stol: et manip:

4o Ex maa dicta pulatlasie iam attrita cum stol: et manip:

Casulæ Coloris nigri

1o Sericea noua ex maa dicta Axamit fimbrias hns ex ligulis albis floribus nigris Intextas cum stola et manip:

2o Ex materia dicta Axamit wybiiany w kwiaty fimbrias hns sericeas cum stola et man

3o Simile ex maa dicta Axamit wybiiany w kwiaty vero iam attrita fimbrias hns sericeas, cum stola: manip: alterius maa similiter attritus.

4o Ex maa dicta Axamit strzyzony iam nimium attrita non valens ad usum sine stol: et manip:

5to Ex maa dicta Turszstat nimis attrita cum columna alba stolam hns et manip: de maa dicta Sstamet.

Pluuialia Vary Coloris

1o Rubei Coloris ex maa sericea floribus aureis intexta latera eius ex maa Turcica similiter aureis floribus intexta, hns fimbrias aureas, et Clausulas hns argenteas in Modum Lilij efformatas, vna Clausula reformatione indiget hoc pluuiale subductum serico ceruleo indiget reparatione.

2o Ex maa sericea Consuta latera eius ex maa dicta Tabinek, rubea, iam attritum pluuiale fimbrias hns sericeas.

3o Sericeum Coloris Violacei latera sericea coloris rubei Clausulas ht argenteas bonas

4o Ex maa sericea coloris nigri w kwiaty hns fimbrias aureas.

Antependia

1o Coloris diuersi ex maa sericea hns requisita dicta Zorundi szerokie ex filis Szych rubeis et argenteis

2o

2° Rubeũ ex maa sericea floribꝰ aureis intextũ cũ fimbrijs aureis ptiosis et Stemmate Fundatoris Nostri.
3° Viride ex maa dicta Lama cũ fimbria argentea p mediũ ducta.
4° Sericeũ Varij coloris iã attritũ sine fimbrijs
5° et 6° Duo sericea sibi similia flavei coloris cũ crucibꝰ nigris sericeis
7° Ex maa dicta pułatłasie w prążki Varij coloris attritũ
8° Magnũ ex maa dicta Axamit w kwiaty, hñs fimbriã sericeã p mediũ Unũ.

Pannus niger ad tegenda feretra Mortuorũ hñs crucem albã in Medio et literas Fundatoris Nri Latera simul albã ex maa dicta harus, recenr comparatũ.

Vela albi Coloris

1° Sericeũ florisatũ hñs fimbrias aureas et nõ IESV in Medio, cũ filis aureis acu elaboratũ Solenne.
2° Ex serico albo flores hñs sericeos filis aureis et argenteis intextos nõ IESV ex filis sericeis Varijs fimbrias hñs de filis Szych dictis
3° Ex linteo tenui florisatũ hñs nõ MARIAE
4° Ex filis lineis in craticulas factũ hñs in medio nõ IESV.

Coloris Rubei

1° Sericeũ solenne hñs flores aureos acu egregiè elaboratos et nõ IESV in medio fimbrias ex filis Szych
2° Sericeũ cũ floribꝰ tenuibꝰ acu subtiliter elaboratis aureis hñs nõ IESV in Medio cum Stemmate Radwan restituendũ Conventui Pomemunens:
3° Sericeũ cũ floribꝰ aureis et argenteis acu elaboratis cũ Stemmata Radwan et literis Fundatorũ Conventus Pomemunens
4° Ex serico cũ floribꝰ aureis hñs cruce in Medio aurea et fimbrias aureas
5° Ex maa dicta tercinella cũ floribꝰ aureis hñs fimbrias ex filis Szych et cruce.
6° et 7° Similia duo ex maa dicta tabined cũ fimbrijs sericeis et crucibꝰ

Vela Coloris nigri

1° Sericeũ floribꝰ aureis intextũ argenteis et lineis hñs cruce in Medio.
2° et 3° Duo sericea ex maa dicta Axamit Unũ maiꝰ alterũ minꝰ hñt fimbrias et cruces sericeas.
4° Sericeũ antiquũ.

Bursæ et Palæ coloris albi

Bursa et Pala solennis ex maa dicta Lama fimbrias hñt ex filis Szych

Bursæ et Palæ Coloris rubei

Bursæ solennes sericeæ floribꝰ aureis intextæ fimbriis sunt ex filis Szych: duæ earũ hñt Cruces aureas, duæ ex filis Szych
Bursa sericea antiqua Una.

4

//

Pallæ solennes filis aureis et argenteis intextæ sericeæ 6.
Pallæ sericeæ quotidiani usus 4. Eiusdem materiæ cum fimbrijs sericeis.

Bursæ et Pallæ coloris viridis.

Bursæ ex materia dicta Lama duæ solennes, pala ex eadem materia una fimbriis cum ex filis
Bursa diversi coloris magna cum fimbrijs nigris
Pallæ sericeæ ex materia dicta Axamit 6 4 earum habent fimbrias sericeas una habet fimbrias argenteas et cruce argentea, una denique habet fimbrias exiguas aureas et crucem exiguam.

Materiolæ diversæ.

1º Materia alba varijs coloribus adaptata cubiti unius.
2º Materia rubea dicta Atlas cubiti unius
3º Sericea viridis habens columnas varij coloris cubiti unius.
4º Sericea habens flores coloris diversi cubitorum semitrium
5º Sericea dicta Kitayka coloris cinerei cubitorum quinque

Albæ

Albæ telæ tenuissimæ 2 cum attinentijs requisitis, quarum circumferentiæ alias Koronky pondelarowe Kade filis lini tenuissimis 2da de grossioribus
Albæ bonæ omnes ad usum valentes cum cratis circumferentijs simplicioribus 5
Cinguli de filis lini albis 4.
Superpellicea duo adhuc ad usum valentia, 3tium iam vetus.
Superpellicea pro pueris parva duo.

Humeralia

Humeralia 3 cum circumferentijs cratis alias Koronkami, unum ex ijs tenuissimum habet circumferens ponderosum. Duo simpliciores circumferens 3tium iam vetustas.
Humeralia secunde 3 sine circumferentijs bona et ad usum valentia

Corporalia

{ Purificatoria No 16

Duo oblecta circumcirca funiculis aureis
Novem cum circumferentijs. Septem sine circumferentijs
Bursæ cum filis pro deferendo Venerabili Eucharistiæ Sacramento ad infirmos duæ sericeæ una rubea, altera ex materia dicta Saia diversi coloris

Marginaria Altarium.

1º De Turcica tela alias z Bawełnicy filis aureis acu in flores elaboratum cubitorum
2º Telæ tenuissimæ in flores filis aureis argenteis et sericeis rubris acu elaboratum cubitorum 6
3º Item telæ tenuissimæ in flores filis argenteis et rubris sericeis elaboratum acu cubitis 6 reparare
4º Item telæ tenuissimæ serico viridi et ceruleo cum filis aureis acu elaboratum cubitis 6 et 1/2
5º Item telæ subtilis serico et rubro cum filis aureis et argenteis acu elaboratum

6º

6° De carbaso simplici Eig ptes 3 acu elaborata serico rubro
7° Telæ subtilis serico rubro acu elaboratum
8° De carbaso simplici Item serico nigro acu elaboratum
Tegumen pro ciborio Turcicum florisatum.
81

Mappæ Altarium

1° Ex Linteo tenui iã attrita floribus sericeis coloris viridis et filis argenteis intexta. Cubitorum 7
2° Lintei simplicis ex duabus partibus consuta per medium cum circumferentiis aliis Shorunam simplicis operis cubitorum 3 et ½
3° Lintei tenuis in finibus filis linteis tenuissimis et lateribus exsuta acte cum circumferentiis operis simplicis cubitorum 6
4° Ex Linteo circumferentiis in modum craticularum circumcirca atque fringia ex filis lineis cubitorum 3 et ½
5° Ex linteo circumferentiis per longum instar craticularum cubitorum 7 et ½
6° Ex filis circumferentiis instar craticularum ex filis linteis in modum florum elaborata
7° Antiqua lintea circumcirca filis linteis elaborata cubitorum trium et quartæ partis
8° Antiqua lintea habens assutam marginariam cum floribus ex serico rubeo

Tobaleæ sive Linteamina Altarium.

1° Ex Linteo florisatum serico rubro et viridi cubitorum 3.
2° Ex Linteo tenuissimo antiquum in marginibus flores habens sericeos cum filis aureis cubitorum duorum
3° Ex linteo tenuissimo florisatum per angulos similiter cubitorum duorum
4° Item ex Linteo antiqua flores habens circumcirca varij coloris sericeos variores cubitorum 3
5° Strophiolum turcicum Lintei tenuissimi in marginibus habens sex flores magnos sericeos
6° Lintea circumcirca habens flores ex filis linteis acu elaboratos cubitorum 3.
7° Lintei tenuissimi circumcirca serico rubro cum filis aureis acu elaborata in marginibus flores de eodem serico cubitorum 3 et ½
8° De linteo tenuissimo margines finales continent in se flores sericeos cubiti unius et medij
9° De linteo tenuissimo cuius margo finalis utraque habet 3 flores sericeos cubitorum 2
10° De linteo tenuissimo cum floribus sericeis cinerei coloris intermixtis filis argenteis cubit. 3
11° Turcica tela alias iedwabnica cubitorum 2 continens in utroque margine finali flores 3
12° De linteo tenuissimo flores circumcirca virides mixti cubit. 3 pretiosiores

13° De ~~tela~~ linteo tenuissimo vetustior habens flores sericorubeos mixtos argento Cubitorum 3.

14° De ~~tela~~ linteo tenuissimo item vetustior in eius singulis marginibus angularibus 3 flores serici mixtis filis auri et argenti Cubitorum 3.

15° De ~~tela~~ linteo tenuissimo item vetustior consuta flores habens albos mixtos filis aureis Cubit: 2

16° De Carbaso tenui habens in marginibus angularibus Magnos flores sericeos, non pleno Cubit. 3.

17° Medietas Tobaleae de ~~tela~~ linteo tenui in margine eius uno 3 flores serici cum argento Cub: 1

18° De Carbaso tenui vetustior flores circacirca serici cum argento inmixto Cubitis 3

19° De Linteo tenui in marginibus finalibus flores virides cum argento inmixto Cubitis 2.

20° De Carbaso flores circacirca rariores rubri serici Cubitis 3

21° Item De carbaso circumcirca flores parvi de serico Cubitorum 3 et quartae partis.

Telae tenuissimae alias Schwabice duae pensiles à Collo Sacerdotis in processionibus Venerabile Eucharistiae Sacramentum gestientis.

Velaminum de tela tenuissima alias bawelniczne par unum nigri coloris cum floribus auro intextis.

Velamina quo Cingi solent Figurae Crucifixi Dni

1 Velamen ad Crucifixum altaris Maioris de linteo tenuissimo cum circumferentiis Galli

2 Velamen ad eundem Crucifixum telae tenuissimae alias bawelniczne circumcirca circumferentiis subtilioris operis alias dorany Pondelarowe.

Velamina Minora ad Crucifixum processionalem cum circumferentiis 4. sine iis 2.

Item Velamina ad Crucifixum parvum duo unum cum circumferentiis, aliud sine iis.

Candelabra aliaque Supellex Ecclesiastica

Candelabra Stannea N° 20
Candelabra Stannea parva N° 2.
} Candelabrum aeneum pensile in medio Ecclesiae habens radios 3

Candelabra Laminea affixa parieti Ecclesiae sunt N° 12

Candelabra de materia dicta Spiż N° 2

Lampas Laminea pensilis Una magna

Lampades Minores Lamineae similiter pensiles duae.

Candelabra laminea destructa 4

Fons Baptismalis de aurichalco Unus, Vasa Stannea pro oleis Sacris duo

Lavatorium in Sacristia Stanneum. Pelvis Laminea

Ampullarum de Stanno paria duo

Formae ferreae ad pinsendum panem pro hostiis sunt duae.

Circuli ad efformandas hostias duo Maior et minor

Campanulae in Ecclesia parvae. 6 Signatorium in Ecclesia.

Campanae ad extra pro convocando populo, in Campanili consecratae 3 non consecrata Una Ex quibus Una Insignis. consecrata.

Malleus ad Ecclesiam applicatus unus.
Mitrae alias Birety N° 3

Imagines Vexilla caeteraque Supellex

Imagines magnae et parvae parietibus affixae N° 14 Ex quibus Imago
Una habet Dni nri Jesu Christi flagellati in lamina aenea
Vexillum Magnum Unum sericum de materia dicta Adamaszek coloris albi ex cuius una parte Imago
Immaculatae Conceptionis B.V.M. et altera parte S. Annae. Funis ad hoc Vexillum
de lana simplici alias Zwełny prosdioney fimbriae Vexilli huius sericeae.
Vexilla duo minora de materia serica dicta Ktayka iam ex parte dilacerata, coloris ru-
bri in uno eorum ex una parte Imago S. Casimiri et B. Michaelis Giedroyc ex altera
parte Imago Crucifixi Dni   In 2do Vexillo ex una parte Imago S. Cyriaci
et S. Helenae ex altera parte Joannis Christum Baptisantis.
Pannus Viridis frusta tria Unum maius ad altare maius duo minora ad alta-
ria minora,   Tapes Unus magnus alias Dywan
Parvus Tapes unus antiquus, alterum alienavit ab Ecclesia Pr. Krasnicki.

Libri Ecclesiae et Privilegia quaedam

Missale unum Novum Deinde tria antiquiora Rituale Romanum in 4to maiori
Agendulae parvae duae Libellus Evangeliorum Concionatorius
Liber Metricorum Baptisatorum et Matrimonio Copulatorum
Liber Confraternitatis Utriusque pro Inscriptione Fratrum et Sororum
Libellus Informationis circa Confraternitatis Immaculatae Concept. B.V.M.
Libellus Informationis pro Confraternitate S. Annae
Bulla concessa pro Confraternitate Conceptionis Immaculatae V. M.
Rescriptum Confraternitatis S. Annae sub A° 1680 die 12 Julii Varsaviae.

Chorus Ecclesiae

In Choro organum Portatile unum,
Libri Chori
Psalterium, Antiphonarium, Graduale, et Martyrologium.
Cemeterium septum lignis stantibus sursum crassioribus.

INVENTARIUM MONASTERIJ

Monasterium ligneum circa septum. Magna Porta ad plateam, 2da porta pa
rva de septis Monasterij ad Cemeterium 3tia item parva de Cemeterio sub
Campanili ad plateam, ubi etiam campanula ad portam pendet
In hoc septo Monasterij Domus Una habens fenestras ad meridiem In qua
duo Hypocausta cum Cameris tribus, inter duo hypocausta atrium In hac domo fe
nestris in plumbo Num.o 8. Janua in Cardinibus ferreis cum seris ferrame
ntis No 8 Fornaces duae
Alia domus habens fenestras alias ad oriente alias ad Occidentem
In hac domo Refectorium cum Camera et fornace Cellae 5 Inter Refe
ctorium et Cellas est Atrium In hac domo fenestrae in Universum No 10
Januae in Cardinibus ferreis In Universum No 10
Tertia domus In qua hypocaustum nigrum pro familia et Culina
Inter septa Monasterij Puteus. et Stabulum parvum pro Equis

Supellex seu Vasa Culinae

Lebes aeneus parvus Unus,
Paropsides Magni 2 Paropsides minores 3
Secures 3

INVENTARIUM Praedij dicti RYBYSZKI alias ORZWIET.

Praedium septum circumdatum sepibus simplicibus
In hoc septo Domus in qua hypocausta duo cum Cameris album et nigrum
In hypocausto albo fornax fenestris duabus in ligno. Mensa, circum circa Scamna.
In hypocausto nigro fornax simplex Scamna circumcirca; Molendinum manu vola
bile. Stuppa. Inter haec hypocausta atrium.
Stabula pro pecoribus duo Maius et minus, Horreum cum planicie et cum ten
rio pro excutiendis frumentis. Depositoria frumenti Duo Maius et Minus.
Ovilia duo. Braxatorium In quo Calabi 2 Maior et Mi

Vasa p braxanda cerevisia sunt No 5 Stabulum p Equis Unu

Granaria duo Maius et Minus

Locus p servandis lacticinijs atq caseis hts infra se Edificiolu parvum

p conservanda supellectili Balneum Unum.

Pecora huius Prædij

Boves in universum No 5 Vaccæ fructificantes seu lac dantes 9

Vaccæ Iuniores Annoru 3iu sunt duæ, Vitulæ duoru annoru Item duæ

Vitulæ huius anni 4 Vituli huius anni 6

Oves senes 9 Oves huius anni 3 Arietes huius anni 10 —

Sues fæminæ 4 sues mares 2 Sues anniculi 4 —

Porcelli ad conservandu huius anni sunt 6 —

Anseres 4 — — Galli Indici duo —

Gallinæ 5 — — Gallus. 1 —

Seminatio Hyemalis

Siliginis in Prædio Seminatæ tonnæ 11

Seminad Verna Varij frumenti

Siliginis Vernæ Seminatæ — — — ~~1~~ — — $\frac{1}{4}$

Hordei tonna — — 1 et $\frac{1}{2}$

Avenæ tonnæ — — 11 et $\frac{1}{2}$

Pisoru tonna — — 1 —

Ordynni tonnæ — — 4

Villa dicta Kukucie ad supra dictu Prædiu contq Iwerceni ptinens

Subditos ht sequtes.

Imo Georgius Kukutenas ht filios duos Casimiru et Simonem Equu Unu.

2do Christophorus Markuniec ht filios 4 Casimiru, Stanislaum, Petrum et Ioannem, et solum ht Equu.

3tio Petrus Kukutenas ht filiu Ioanne ht Equu ~~et Vaccam~~

4to Ioannes Samutenas ht filiu Augustinu, ht eq Equos duos.

5to Iacobus Kukutenas ht filios Martinu et Christophoru, nullu ht Iumentu

6to Mathias Karwiniec Vitricq filij Iacobi Kati ex Defuncto Mathia Martinenas quiht filiu Ioannem, et Equos duos.

Ing

7mus Mathaeus Paulukienas ht Equos duos.

Operantur hi Omnes subditi ordinarie quinque dieb9 in Una septimana cum Jumentis ad qb9 venit operator, Alia hebdomada Veniunt Mulieres sine Jumentis et laborant dieb9 quatuor. Praeter hoc pro Omni opportunitate Conventus Extraordinarie solent omnes et singuli Insimul convenire adeoq qd vocatur gwałt Idq à Festo S. Georgij usq ad festum Omnium Sanctorum qualibet hebdomada observatur.

Scientes facere rotas Una rota p annum offerunt monasterio

Retium piscibus capiendis de filis proprijs reddere unusq tenetur subitos 18 hae retia tantae sunt et latitudinis ut 60 oculos attingant

Lini Proprij in fila necti mensuram dent dare Una quae vocatur talka.

Pecuniarij census singuli solui tenentur flo 3 hi oés sunt Haereditarij

Secunda Villa dicta RYZYSZKI hns subditos

1mus Adamus Sienkiewicz haereditarius ht Generum q ht filios 4 Joannem, Casimirum Petrum
113 Christophorum, Generi nnen Georgius Seilis ex subditis aduenis ht Boues et Equos.
113 2dus Petrus Miniciuenas ht filium Stanislaum ht Boues et Equum. aduena.
3tius Martinus Januttenas haereditarius ht filios Josephum ~~Stanislaum~~ Mathaeum et Christophorum. ht Boues Conventuales ex Num: [illegible] in Inventario [illegible]
4tus Josephus Sienkiewicz haereditarius ht Bouem, Equos duos.
5tus Andreas Januttenas nondum Uxoratus ht fres duos Joannem, et Casimirum ht Boues duos Equum Unum.

Obligationes cum et singulorum Insitis operibus censibus obligationibus pensionibus conveniunt cum subditis villae superioris

Summae Capitales reemptionales huius Conventus

Apud M. D. Kochanska sup bonis dictis Matagiany summae capitalis —— —— 2000

Ab hac summa annuus census soluitur in festo S. Martini flo 160

Legata nondum recepta sed tamen recipi possibilia et hic recensita

Apud M. D. Jacobum Benett Dapiferem Mozirensem summa p matrem Uxoris eius legata ad Ecclesiam Tueriensem summae flo 600 sup bonis Lubicze

Prope monasterium taberna in qua liquor ut potus crematus et cereuisia ex Conventu datus solet diuendi.

Jura et Privilegia huius Conventus alibi consistent.

Libri

LIBRI

Eiusdem Conuentus Concionatory et Spirituales

Biblia Sacra Veteri typo Impressa.
Postilla Ioannis Ferri in Dominicas totiq Anni
Horologium ad Mensam quadratum
Item Eiusdem ab Aduentu usq ad Pascha
Granatensis in Praecipua. Item de tempore et de Sanctis
Kazania przygodne Skarga Societatis IESV.
Starowolski Swiątnice. Rychlowski pro toto Anno
Stryikowski Chronica Polonica
Gaspari Sanchez in Dominicas et Ferias Quadragesimae
Liber de Beneficiis Ecclesiae in Octauo
Peregrinatio Ierosolimitana Radziwil.
Conceptus Theologici Bessei in Quadragesimam
Eiusdem in Festa Propria Dni et Apostolorum.
Carthagena de Sacris Arcanis Deiparae V. M. et D. Joseph
Conciones Funebrales duo libri in quarto.
Thomae A Kempis totum opus
Adriani Iunga Societ. IESV. Rozwiązanie 25 Quaestyi exempla
Epistola Pastoralis Bernardi Maciejowski.

Anno ut supra die 5ta Iuny. Actum in Conuentu ut supra Tuerecensi Rndissimus Commissarius Conuocatis more solito ad pulsum Campanae Patribus ac Fratribus Conuentus horis antemeridianis Omissis Omittendis. Instituit Congregationem, In qua habuit Sermonem ad Pres Conuentus de modesta ac religiosa Conuersatione, ad quam Omnes et singulos debite hortatus, deinde propter debilitatem Sanitatis Meae nempe sui Secretary ad Nullum processit actum nisi tantum ad diligentiam per se ipsum Verificandam Ecclesiam et sic hanc soluit Sessionem

Actum in Contu Nro Inowrocls Ano ut supra die 6 Juny. Rndissimus Commissarius horis pomeridianis convocavit more solito ad pulsum Campanae Fres Conventus dicti ad Communem Stubam, ibiq praemissis praemittendis suffragijs et orationibus, habuit ad Fres brevem de vita religiosa sermonem, colligensq ex multis rationibus necessariam fore Patribus ac Fribus spiritualem recollectionem, ubi in exercitio spirituali nondum hucusq bene instructis, dedit itaq in scriptis recolligendam meditationem, secundum quam sibi datam, ut Patres et Fres ad exercendum animum suum in spiritualibus diligentius atq expeditius se disponant, omnes et singulos hortatus est in Dno. Eandem meditationem punctatim exposuit, quatenus facilius eam expedire possent et sic deinde finita sessio.

Actum Ao ut supra die 8 Juny in Conventu ut supra Rndissimus Commissarius horis Matutinis ad pulsum Campanae convocatis Pribus et Fribus instituit Congregationem, praemissisq praemittendis, dixit se iam velle descendere ad Scrutinia secreta ut possit templum Dei vivum revidere, ac deinde iudicare si sint Omnes et singuli habitaculi Sti, qui ad Christi vocationem seu ad ingressi Religionem. Hortatusq est in Dno, quatenus in scrutinijs vera et non ficta deponant, eaq pugant ut in suis Conscientijs reperiant, postponentes timorem, amorem, odium, atq precium. Insuper secundum sancita Constitutionum Sacrarum Syn. eis qui Veritatem quocunq praetextu dicere nollent fulminavit excommunicationem. Deinde mandavit ut recolligant se ac praeparent ad Actum Inquisitionis praevia Confessione ac sacra Synaxis refectione ut sic Christum in corde et prae oculis habentes in Veritate permaneant et sic soluta.

Actum Ano ut supra die 9 Juny in Contu ut supra Rndissimus Commissarius horis matutinis ad pulsum Campanae convocatis Patribus et Fribus Conventus in Communi Stuba instituit Congregationem tamq ad secreta Scrutinia praeesset pro Vocandis Pribus et Fribus Frem Felicem Martium sibi elegit virum Religiosum omnis modestiae et exemplaris vitae. Hortatusq iterum atq iterum quatenus a Veritate in deponendo non recederent exponendo eis Poenas periurij et rigorem Excommunicationis fulminatae. Monuit insuper quatenus deponerent rancorem et odia sub ijsdem poenis incurrendis si falsa atq Malitiosa in quemquam enumerent. Pro[illegible] huius Vocandos conscribi fecit quorum nomina et cognomina sunt.

1mus Adm Rndus Pr Raphael Radlewicz Praepositus loci, 2dus R. Pr Simon Kiewlowski Vicepraepositus et Concionator Polonicus, 3tius Pr Stanislaus Kargiel-

wicz 4

4tus Pr Athanasius Basewicz, 5tus Pr Felix Martius Sacellanus Illustrissimi Felicis Pac Succamerarii RDL Fundatoris Loci. ad eundem Conventum pertinens 6tus Fr Sebastianus Jelen Laicus. Quos singulos mane alios ante celebrationem Missarum alios post celebrationem immediate secundum Interrogatoria sequentia insistendo constitutis Ordine examinavit Quia Iterum ad singulos Monitione facta super Veritate deponenda Juramentum praestare Jussit de servando secreto et dicenda sibi Interroganti Veritate

INTERROGATORIA

1mum Utrum obligationes Fundatorum non Intermittantur? 2dum Utrum Officium Divinum a Fratribus in Choro peragatur? 3tium Utrum non sit negligentia commissa in administratione Sacramentorum 4tum Utrum Bona Conventus non dissipentur? 5tum Utrum Patri Praeposito obediant secundum Regulam et Constitutiones? 6tum Utrum Vivant Fratres Conventus huius religiose et sine scandalo? 7mum Utrum Compotationes aliquae non fiant in Conventu? 8vum Utrum Examina Conscientiae matutina ab omnibus in Ecclesia aut Refectorio observantur? 9num Utrum Nesciat aliquis de aliqua conspiratione in Provincia circa recuperationem Infulae et perpetuitatis.

Atque in primis Vocatus 1mus Fr Sebastianus Jelen Interrogatus de Confessione Sua dixit se confessum esse die Dominico qui fuit 1mus Junii et quia hic Conventus Multum Infamatus est ideo Rndmus ~~Commissarius~~ fecit praestari a singulis Juramentum super Veritate dicenda et servando secreto quod praestitit in forma solita Fr Jelen et Interrogatus ad Primum Respondit absolvi obligationes, ad 2dum Respondit Officium Divinum non semper in Ecclesia absolvi cursum vero Beatissimae V. nunquam intermisi ad 3tium Respondit se nescire ad 4tum Respondit se nescire ad 5tum Respondit non obedire in omnibus Patrem Simonem, quem Patri Praeposito resistentem ipse aliquoties audivisse retulit. Interrogatus quare illi inter se non conveniant Respondit se nescire, tantum hoc scire, quia Pr Simon cum Patre Praeposito saepius varia sibi objiciant. Interrogatus quae ista sunt quae ille objiciat Respondit quod solicitatus fuerit a Patre Simone etiam Ipse quatenus contra Patrem Praepositum instigaret acsi ille conversaretur cum suspecta foemina quadam dicta Kowilancowna. Interrogatus an ipse nesciat de tali conversatione suspecta et scandalosa, an non Vidit ipse illam foeminam in Monasterio, vel in cella Patris Praepositi, vel non Vidit aliquando Patrem Praepositum cum illa compotationes exercentem, vel non audivit ab aliquo quod ista fiant a Patre Praeposito. Respondit neque se scire, neque vidisse neque ab aliquo quidquam audivisse quinimo adiecit quod Pr Simon etiam familiam contra Praepositum suum incitet, quatenus illi de mala conversatione Patris Praepositi loquantur et testentur. ad 7mum Respondit in oppido nullas exerceri Compotationes Patrem Praepositum dixit aliquando crapula gravari apud Benefactores Patrem Simonem semel crapulatum dixit se vidisse a quodam Benefactore. Eadem

cum Patre

cum Pre Stanislao Kargielewicz rixas misse ad 8uum R^S Examina n' absolutum hucusque ad 6tum R^S qd Pr Praepositus semel quendam Zyminska in Oppido percussit Interrogatus quare hoc fecerit R^S quia de eo male loquebatur Interrogatus an fuit Pr Praepositus sobrius, an fuit in habitu Religioso, an n' desanguinavit percussum R^S fuisse sobrium et in habitu et n' desanguinasse Interrogatus festone ac feriali die hoc factum R^S feriali. ad 9num nescit.

Czytano mi to pospolite wszytko y tak iest
iak powiedziałem y ręką moią podpisuię
Fr. Sebastianus Klein M.P.

2dus Vocatus Pr Felix Martinus ante celebrationem Iuramentum constitit Deinde ad 1mum R^S se audivisse quod absolvant. ad 2dum R^S officium divinum n' fuisse absolutum semper aut [illegible] nunquam intermissum fuisse ad 3tium nescit eo qd hic n' continuo in conventu maneat ad 4tum nescit ad 5tum R^S aliquas esse rixas inter Prem Praepositum et Prem Simonem, detulit enim qd Pr Simon coram Saecularibus infamet Prem Praepositum, signanter coram Dno Paszkiewicz et Dna Lapinska, dixitque ipse se audivisse [illegible] Interrogatus autem de quo infamet [illegible] R^S circa conversationem suspectam cum Kowihancowna R^S affirmative. Interrogatus autem an n' viderit aliquando ipse in cella Pris Praepositi istam feminam Aut n' vidit Prem Praepositum aliquando compotantem cum illa, an n' audivit ab aliquo de similibus factis post capitulum praeter Prem Simonem R^S neque vidisse neque audivisse. ad 6tum nescit ad 7mum nescit ad 8uum R^S Examina hucusque n' fuisse. ad 9num nescit.

pater Felix Martinus
M.P.

3tius Vocatus Pr Athanasius Basewicz ante celebrationem Iuramentum constitit ad 1mum R^S quamvis aliquando contingit interim non absolvere tamen absolvimus in crastinum. ad 2dum R^S diebus festivis semper absolvi diebus vero ferialibus n' cursum autem semper absolvi. ad 3tium R^S omnem diligentiam adhiberi in administratione Sacramentorum ad 4tum nescit. ad 5tum R^S quod Pr Simon semper sit contrarius Pri Praeposito ad 6tum R^S Interrogatus de scandalis in eo scandalum commisit + Patrem Kiewdowski qd Infamet coram saecularibus Prem Praepositum. put Infamavit in Praesentia Adm R P Libery Glinda et tractavit in cela sua quendam saecularem dictum Zyminska qui postea apud Prem Simonem crapulatus Prem Praepositum diffamavit in oppido Idem Pr Simon quadam vice Vilnis veniens crapulatus ad Parochum Vidzensem similiter infamabat Prem Praepositum de conversatione cum Kowihancowna me praesente, Ubi ego respondi si quid mali esset nos videremus, Interrogatus ipse an vidit ipse feminam illam in cela Patris Praepositi an n' audivit ab aliquo praeter Patrem Simonem de tali conversatione, an n' vidit aliquando Prem Praepositum cum illa conversantem aut compotantem R nec vidisse nec audiisse unquam ad 7mum nescit ad 8uum R examina non fuisse ad 9num nescit

Pr Athanasius Basewicz sacrista.

4tus Vocatus Pr Stanislaus Kargielewicz ante celebrationem missae juramentum praestitit ad 1mum R × de alys nescio ego autem semper assignatas mihi absoluo. ad 2dum R Horas canonicas prout modo absoluimus non absoluebamus neque Matutinas insimul, cursum vespertinum semel ob crapulam Pr Simon cum Pre Basewicz in conventu relicti omiserunt. Nos tum fuimus cum Pre Praeposito propter Seminationes. ad 3tium R omnem diligentiam adhibemus ad 4tum R non dissipari bona. ad 5tum dixit nos obedimus sed Pr Simon scandalisat nos rebellando Pri Praeposito et rixando cum eo. Interrogatus quare rixatur Pr Simon cum Pre Praeposito R eo, quod Pr Simon nolit esse sub ferula superioris: Interrogatus quid dicant sibi dum rixantur R Pr Simon dicit Pri Praeposito quia tu stipula vilissima apud me nec constas digito meo, familiam in Praesidio conturbat dicendo ego hic superior ego vos induam ego rego mihi obedite, causam silentii dedit dicens ipsa familia quadam vice haec coram Pre Praeposito me praesente deposuit. ad 6tum Interrogatus an non vidit aliquando in cella Pris Praepositi feminam suspectam! an non vidit aliquando Prem Praepositum cum ea compotantem in infirmitorio sive extra! an non audivit ab aliquibus extraneis de similibus? R nec vidi haec nec audivi. Insuper adjecit Prem Simonem tabaco fumante uti, nunc per monasterium cum canibus et post canes cursitasse, et puerum Patris Praepositi percussisse. ad 7mum R Pr Simon multoties ad mediam noctem convocando ad se Frem Deten, Frem Basewicz, et cocum Monastery compotationes exercebat, conatando eos ad rebellionem ad 8uum dixit examina in communi non fuisse hucusque ad 9num nescit. Idem super haec ex charta legit contra Prem Simonem haec 1mo sua Pr Simon ut primum Pr Praepositus ex monasterio abit ad Praesidium in necessitatibus conventus statim et Pr Simon ex monasterio exit, ubi crapula gravatus rediens me ipsum saepe saepius etiam coram hominibus secularibus verbis obscenis afficere solet 2do ob nimiam crapulam in festo Annunciationis B.mae V. sacrum missae officium non celebravit 3tio in praesentia Adm R. Pris Glinda ex Vissimonis instructa quidam homo secularis dicto Cyprysow in audientia omnium nostrum et cum scandalo totius oppidi enormiter insurrexit contra Prem Praepositum quod audiendo A.R.P. Glinda dixit ex condolentia Xiu swięty, Xiu swięty.

Pr Stanislaus Kargielewicz mp

5tus Vocatus Rndus Pr Simon Kiewlowski Viceprepositus et Concionator Polonicus ante celebrationem missae juramentum praestitit ad 1mum R quod semper absolui.

ex rationibus quia Pr Praepositus solet dicere qd vinum non sit pro missis unde saepissime contingit aliquando nullam missam in Ecclesia celebrari. Dni Kochanski obligas nunquam absolvit nisi quod aliquando ego absolvam ex bona voluntate mea rationem dare solet Pr Praepositus ut quid absolvere quando census non solvit. Semel die Dominico nulla missa in Ecclesia fuit eo qd Pr Praepositus omnes nos expedierit ad Corpus defuncti Illmi Dni Succamerarii Ati D. Multoties Pr Praepositus occludet claves Ecclesiae pergendo ex Monasterio ad Pre Stanislao. Unde occlusa Ecclesia nec cursus BB. V. nec missas absolvimus. ad 2dum RR Officium Divinum raro eam festis diebus fuisse Matutinum vero nunquam in Ecclesia dictum. Pr Praepositus ipsius tempore officii videre solet in Choro. ad 3tium Non committi negligentiam in Cura animarum sed magnam negligentiam esse in conscribenda metrica. ad 4tum RR Misit Pr Praepositus Unnam siliginis et carnes porcinas nescit cui Vilnam. Item vidi in manibus M. D. Dapiferi Mozyrens. Jura Erectionem Conventus hujus Bonorum et ab eodem audivi qd sibi tradita sint ab A. R. P. Praeposito in quibus et manum Pr Praepositi vidi; qd habendo dixit mihi M. D. Jacobus Benet dictus Dapifer Estis mihi in manu si vellem non redderem vobis haec Jura. ad 5tum RR Praestari omnem reverentiam et obedientiam ab omnibus Pri Praeposito. ad 6tum dixit non video scandalum ullum in Pre Basewicz et Pre Jelen contra vero Prem Praepositum et Stanislaum produxit multa puncta in duabus foliis conscripta contra vitam et mores eorum petiitque ea ad acta praesentia suscipi et ingrossari prout Rndmus Commissarius suscepit eaque authentica in Actis praesentibus reposuit. Idem produxit secundam chartam a quodam Josepho Rymsza Rndmo Commissario porrectam in media folura scriptam continentem puncta 8. contra Prem Praepositum scripta quae Rndmus Commissarius facta cum punctis suis ad acta sua authentice inseruit. Idem deposuit qd Pr Praepositus Matrem Familias ea die qua Rndmus Commissarius ad Conventum venit ex domo expedierit, retulitque audivisse se a Marito eius qd eadem prohibuerit comparere in oculis Rndmi Commissarii quia poste multa fatentem contra honestatem vitae Pris Praepositi in oculis Eius Commissa. Idem deposuit audivisse se a quodam Incola Twerecensi dicto Petro Lis qd Pater Stanislaus omnibus contra Prem Praepositum testaturis Virgas minatus fuerit. ad 7mum RR Pr Praepositus et Pr Stanislaus per diem aliquot vicibus inebriantur cremato et quod Pr Praepositus per totam Quadragesimam nunquam Officium dixerit propter assiduam crapulam. ad 8uum dixit Examina nunquam fuisse. ad 9num RR nescire se directe eo qd nesciat quid ad se scribant cum Pre Antymo Pr Praepositus.

Pr Simon Kiewlowski Vice praepositus
et Concionator Twerecensis

6tus Adm Rndus Pr Praepositus loci Celebravit ante spaciu duaru circr horaru
a Rndmo Dno Commissario certis ex motivis Juramentu sibi n Iniungente de
dicenda Veritate et servando secreto, sed regente super eisdem manu a pectore dedit
Respondit tacto pectore se dicturu Veritate in iis in qbus interrogatus extiterit, et serva-
turu secretu. Atq in Primis ad 1mum Interrogatus Rdt semp absolvi in sua
praesentia, nisi in absentia sua de quo sibi non constat aliquo neglectu intermitterent
ad 2dum Rdt horas diei raro absolvi, Cursum autem n omitti, nisi tantum se-
mel 4 May Primissas resp: BV: propr Crapulam Dni Simoni et Basewicz ad
3tium Rdt adhiberi omne diligentia a Patribus suis circa curam animarum. ad 4tum
Rdt negative. ad 5tum dixit semper sibi fuisse rebellem Prem Simonem quem se-
pius crapulatu fugere debuit, et signanter in eo accusavit qd sine sua licentia se-
pius discesserit ex Monasterio admonitus ne discederet respondit tali ego superior prout
et tu, Monitus ne me diffamaret cora Saecularibus maledictis invehebat in se dicendo haec
et haec mihi contingunt sibi laquos aliquos paro forte consilia tibi molestias es mihi
ipsa 8ua May qndo filia Dni Boldewicz venit cu Literis ad Rndmu Commissarium
ego ivi ad porta ad qua etia ivit et Pr Simon, cui cu dicerem Pr n eas, Rdt qualis
tu mihi es Superior est modo Nobis superior alius, tu apud me quisquilia, saepius Pres
hic commatius oppresserit saepius inhonoraverit, saepissime Pres ad conspiradnem con-
tra me et Saeculares plurimos tractando eos alios verberibus minando concitaverit. ad
6tum Voluit Rdus tata aliqua contra Patrem Simonem ex chartula legere de scanda-
lis et inconvenientijs per eum commissis, qs Rndmus Commissarius iussit in singulari
schedula et ad acta Commissionis Visitadnis porrigere, et respondit ad 7mum Pr Simon
solus solebat apud se tractare Pres contra huiq contra me conatando ad 8uum
Examina in commune n absolvebant ad 9num Nescio de Conspiratione
aliqua, audivi tamen a nonnullis Dnis Dnis quos n recordor qd Pr Rostecki ante
discessu suu in Polonias cu his Verbis eruperit adhuc Insula nra redibit et Pr
Simon multoties dixit qd nihil factu sit Pri Hidignio sicut fuit et erit Praelatus
locutus sed in Capi pro ipso et adhuc loquar. caeam faciendo dedit haec ego ipse audivi
coram Saecularibus haec dicentem   Fr Raphael Radlewicz [illegible]

Actum Ano ut supra die 10 Juny Rndissimus Commissarius ad pul-
sum Campanae convocatis Patribus et Fribus ad communem Stubam Instituti Congre-
gadnem ibiq habuit brevi de perdurio aliquo Cauq est in aliqbus Vitus suspicio discessit
dit ad visitationem

v

ad Visitadnem Cellarum. ac In primis

In Cella Adm Rndi Pris Præpositi loci Omnem Invenit decentiam nihilq regulare
honestatem indecens neq aliquid suspectui reperit

In cela Pris Stanislai Omnia similiter honesta et compta reperit.

In cela Pris Anastasij Omnis eadem honestas reperta.

In Cela Pris Sebastiani Omnes inhonestas et disordo, ac lectisternium indecens.

In Cela Patris Felicis nihil dedecens ac inhonestum repertum. Itiq insimul et Pris
Simonis Religiosa paupertas tamen honesta Inventa.

Pr Stanislaus de suis pecunijs Interrogatus palam omnibus mendax repertus, eo
qd dixit se cum scitu Superioris sui eas aliquibus accomodasse. Rndus Pr Præpositus autem
deposuit qd solum ad scitum suo 4 florenos dispositi, cæterarum autem pecuniarum depo
sitorum et dispositionem nescit

Actum Anno ut supra ie 11 Juny Rndissimus Commissarius More
solito per pulsum campanæ Convocatis ad Communem Studium Pribus et Fribus Admo
nitisq Patribus Conventus de profectu in bono: Interrogavit Prem Athanasium quom
do ausus fuerit Pris Stanislai pecunias repositas per eum accipere, qui respon
se invenisse dictas absconditas ante visitadnem aliquibus eadem die. A R Prem Præpositum sum
certiorem fecisse dixit, deinde in crastinum restituisse, qd eadem affirmavit A R P Præ
positus. Deinde Vocatus Pr Stanislaus fassus est quod voluerit celare
in Visitatione, petijtq veniam, et professus emendationem vitæ Interim Rndis
simus Commissarius Monuit in Christo Pres quatenus Omnes innixi Constitutionibus
Alexandri VII et Clementis . decretis, non habeant pecunias sine
licentia Superioris propter emersos multos casus ac damni Inde Conventibus Multi
emersi, ex eo qd Multi Pres nri obierunt apud externos sua depositoria ha
bendo, unde post obitum eorum omnia deperierunt, qd potuerunt colligi ex bonis
Ordinis. Monuit insuper Patres quatenus Jurgia et Contentiones vitent quos
Constitutiones S. ordis puniendos rigorose decernunt.

Regesta Proventuum et expensarum inde produxit A R P Præpositus qd non essent cum
subscripta, quæsitus a Rndmo Commissario cur tam inordinata essent, qd in tu
multu et disordine non potuisse se hunc ordinem servare, spondens in futurum Ide
R Præpositus porrexit puncta 16 contra Prem Simonem, manu sua scripta et
subscripta, in media silva qd Rndissimus Commissarius Inter acta haberi manda
vit. Regestra proventuum Rndissimus Commissarius et expensarum subscripsit.

Interrogatus A R P Præpositus cur Inventorium esset maculatum in primo effeum

Versu Paginae 2dae in qua scriptum erat Decima et propter maculas factas perlegi non po-
test palis. Rndit: In praesentia Patrum Conventualium tale sibi datum fuisse ab A. R. P.
Festo Germiensky praeterito Provinciali cum maculis dictis, Interrogatus Ubi haec decima
ex Imagine B. V. M. Rndit quod illud acceperit a me Illma Dna Succameraria M.
D. L. pro eaque dederit Votum Argenteum ad eandem Imaginem, commutando.
Interrogatus Idem R. P. Praepositus de qualitate decimae commutatae, Rndit fuisse argenteam de-
auratam alias Smelcowany consistentem Undecim Taleris. Crux penes illam lignea
nigra cum anathemate parvo argenteo desuper eius annulus similiter argenteus non de-
auratus parvus.
Interrogatus de duabus rosulis secundum Inventarium antiquum in imagine B. V. M. non repertis re-
spondit debere esse omnes in Imagine, pro quibus inquirendis ivit Rndissimus Commissarius cum
Patribus Conventualibus et reperit in Imagine B. V. M. praesente Pre Praeposito unam rosulam aure-
am cum tribus lapillis rubeis nescitur an sint rubini 2dam parvulam cum uno lapillo adamanti-
no, tertiam non reperit in Inventorio antiquo scriptam, causam dedit R. P. Praepositus dicens forte
non tali diligentia erat conscriptum Inventarium et se illam nescire dixit
Quaesitus R. P. Praepositus cur libri Chori Psalterium Antiphonarium et Agenda seu
Rituale Romanum non sint reparata Rndit propter tumultus id differri
His Inquisitis processit Rndissimus Commissarius insistendo Constitutionibus Ordinis ad Exa-
minandum culpas, secundum puncta a Pre Praeposito loci contra Frem Simonem sibi porrecta
ac In primis lecto punct: cap. de Visit. Off: habitoque Spirituali Sermone ad
Fres de confessione suarum culparum, post haec singulariter requirebat confessionem suarum cul-
parum a Patribus.
Adeoque Primus R. P. Praepositus confessus est suam culpam
quod semel veniens de Oppido cum invenerit Patrem Simonem ebrium fugiens eum declina-
vit ad tabernam ibique paululum commoratus ad Monasterium reversus. 2dam culpam di-
xit quod quadam vice cum organmagistro declinaverit ad domum Rowhanca eo quod ibi fuerit
Cerevisia bona ibique parum caput gravaverit cum eodem organMagistro et Utroque organario. [illegible]
Interrogatus a Rndmo Commissario in charitate expedias propter ruborem et reverentiam
Patribus genuflectens, an sit sibi conscius de peccato carnis prout in punctis contra se
porrectis de mala conversatione cum Zewihanconna Maritata accusatur. Rndit
nullius se conscium esse sed solum esse meras malitias hominum ita se Infamantium et illam de
se sinistre sentientium. 2do Interrogatus an eam aliquando in sua cella non habuerit de nocte
an cum ea compotationes scandalosas non exercuerit. an cum illa in aliqua domo non nocta-
verit! an cum illa solus in sylvas non iverit, Iuramento confirmans negavit, hoc solum dixit
sub conscientia quod adhuc ante Capitulum antequam esset monasterium septum, solebat haec fe-
mina cum alijs etiam ad monasterium pro aqua hauriendo venire, ut pote manens ad huc

prope Monasterii

prope Monasterium, et tunc solebat etiam de die aliquando ad me descendere in praesentia aliorum quam ut poste hospitam solebam interdum haustu modico cremati salutare, et amplius nihil, hincque orta est contra me malitiosorum hominum usque ad hanc diem perseverans suspicio. Modo autem foemina haec nunquam solet apud me esse eo quod remotius maneat et monasterium iam sit septum.

3tio Interrogatus an aliquando die festo non intermiserit celebrare missam cum scandalo Parochianorum sui? Respondit semel hoc contigit in festo S. Mathiae quod propter tempestates nimias non potuerim ea die ex praedio ad ecclesiam pervenire

2dus Pr Simon Kiendrzyski genuflectens in medio dixit culpas suas. 1mo quia quadam vice fuerit crapula gravatus Vidlijs ibique cum Pre Praeposito Medricensi fuerit rixatus, 2do quod sine portatili in altari SSmae V. M. propter ignorantiam et non animadversionem celebraverit. 3tio quia 4. Rdum Praepositum suum coram saecularibus Personis infamaverit, in materia scandalosa. 4to quod cum Pre Stanislao ab eo irritatus rixatus fuerit, 5to quia aliis vicibus contigit eum crapula aliquoties gravari non tamen enormi. Interrogatus 1o an aliquando Praem Praepositum suum verbis obscoenis non affecerit? Respondit negative. Insuper accusavit se quod in festo Annunciationis SSmae V. M. missam non celebraverit ob infirmitatem corporis sibi saepius contingere solitam et non ob crapulam, Interrogatus 2o de libro confraternitatis Respondit illum se accomodasse cuidam Dno. Interrogatus an hoc cum scitu fecerit Praepositi sui? Respondit sine scitu. Interrogatus 3o an apud D. Biechowski recens existens dixit eidem Dno utinam apud te unquam amplius non sim, cui eum Respondit Dnus Biechowski utinam amplius non sis. Hoc fassus est, quaesitus propter quid hoc dixit? Respondit quia mihi non dedit avenam et foenum. quia sine literis praepositi veni. Interrogatus an ibi de Praeposito suo malitiose locutus fuerit? Respondit nihil se eiusmodi locutum esse.

3tius Pr Stanislaus Kargielewicz genuflectens dixit culpam suam quod aliquoties cum Pre Simone iurgia fecerit. Interrogatus 1mo a Rdmo Commissario an locutus fuerit ad incolas Swerecenses haec verba caute ne quid coram Commissario de Praeposito dicatis quia virgas subibitis? Respondit confitendo culpam suam. Interrogatus a quo ad haec dicenda sit instructus? Respondit a nemine ego haec ipse dixi a me

4tus Pr Athanasius Basewicz dixit culpam suam, quod eum contingat aliquando crapula gravari, deinde dixit culpam suam quod in taberna transeundo contigit eum duabus vicibus crematum hausisse, non tamen inebriari.

5tus Fr Sebastianus Selen dixit generaliter culpam suam signanter accusando quod contigerit gravari crapula non tamen scandalose.

Tandem Rndissimus Commissarius ad convincendos de defectu Fratrum Testes induxit. Ita Inprimis contra Prem Simonem an ipse in vigilia Nativitatis Christi Domini crapula fuerit gravatus, adeo quod ipso die Nativitatis Dni solum

unam missam

Una missa celebravit? Respondit P. Simon hoc sibi ex infirmitate corporis accidisse quod et P. Felix Martinus in testem vocatus comprobavit dicens quod in Vigilia Nativitatis Dni non fuerit ebrius P. Simon.

Examinante Rdmo Commissario quare missa sine portatili P. Simon celebravit? accusavit P. Praepositus crassam negligentiam Pris Simonis et praecipitantiam quod non palpaverit altare; et quod a Pre Stanislao de portatili requisitus illud ex cella sua non extradiderit. P. Stanislaus dixit requisivisse se Prem Simonem de portatili ante missam. P. Simon negavit se fuisse requisitum. Insuper accusavit P. Praepositus eundem Prem Simonem quod ipse sine suo consensu ex altari Bmae Virginis hoc portatile exportaverit, cum aliud sit minus pro itinere et non extam celebri altari. Interrogatus P. Simon quare illud acceperit? Rndit nescire se aliud reperiri minus. Interrogatus P. Praepositus an ad licentiatum iverit P. Simon? Rndit quod ad licentiam.

Interrogatus P. Simon an aliquid concitaret habitatores Chereczenses contra Praepositum suum? Rndit negative dicens quia numquam hoc feci.

Interrogatus P. Simon an concitaverit aliquando familiam in Xenodochio contra Praepositum suum dicendo ego sum Praepositus mihi obedite? Rndit numquam se hoc dixisse.

Tibi accusavit eum P. Praepositus quod aliquando P. Simon redux ex Dno Sieliwowicz semicrapulatus vocaverit ad se famulum quendam nomine Georgium eique haec verba dixerit: Vobis antiquus Praepositus non solvit, sed tu audi ego tibi dabo vestes, Praepositum tunc non audi, brevi enim ille hinc expediet. Idque dixit Georgius. Quo ergo antiquus Praepositus ibit? Rndit P. Simon: Vilnam expedietur aut Vidziniszkos. Item P. Praepositus ad oculos Pris Simonis dixit quod ipse quadam vice Matri familias haec verba locutus fuerit: custodiatis iumenta ne quid P. Praepositus extradat, quia ipse brevi abibit. Interrogatus P. Simon super his ad iuramentum negavit.

Interrogatus P. Simon an obedierit Praeposito suo? an sine ipsius licentia non equitaverit? Rndit quoties in praesentia Pris Praepositi quo diverterat semper ei me praesentavi dixique quod discedam cui P. Praepositus annuebat; aliquando in absentia Pris Praepositi ipse discessi ad aulam aut Widzos. P. Praepositus dixit debui ei concedere licentiam sed extortam quia contradicere non sum ausus. Cui etsi denegarem licentiam tamen discederet. Quod ubi Rdmus Commissarius serius indagaret interrogando Prem Praepositum an aliquando negata licentia sua P. Simon e claustro abierit? Ventum est inter illos ad homines extraneos dicente Pre Praeposito quod semel Dnus Benet invitando Prem Simonem etiam me invitavit dicendo iam nobis molestae sunt Pris Simonis inconstantiae et nugae, ideo suam Rentiam ad illo invitamus ut in praesentia suae Rntiae modestius conversetur. Et tunc dedi licentiam Pri Simoni pergendi mecum, quem Dnus Benet ex cursu suo expeditum equitare fecit me antea ad currum recepit. Porro Pater Simon per vim currui intruserat negante

a Patre Simone

+

Pre Simone, utera Dnum Benet appellarunt. Interrogatus Pr Praepositus an aliquando praeter hunc casum Pr Simon sine licentia non discesserit? Rndit. non. Pr Simon appellavit testem Prem Basewicz quod tunc pergendo ad Dnum Benet in sacristia a Pre Praeposito licentiam acceperit. Vocatus Pr Basewicz Rndit petenti licentiam Pri Simoni in sacristia dedit Pr Praepositus hac ei adiecta monitione, ne infamaret eum ibi existens.

Quaesivit Rndmus Commissarius a Pre Stanislao quem Pr Praepositus in testem vocaverat, an Pr Simon angariaverit familiam in Praedio? Rsp audisse se eum omnia a famulis in Praedio quod eos sollicitaverit.

Vocatus Pr Selen ut ad oculum diceret Pri Simoni qualiter eum sollicitaverit contra Praepositum? Rndit dixit mihi Pr Simon viva voce qualiter quod vidi et audivi vera dicerem in tempore suo. Interrogatus Pr Selen an non dixit Pr Simon sibi plura ut non obedirent Praeposito et ut contra eum maledicta dicerent? Rndit quia nunquam dixit.

Interrogatus Pr Basewicz et Pr Stanislaus an aliquando diceret sibi Pater Simon hoc loquere contra Praepositum, dabo tibi hoc, promitto tibi hoc? Rnderunt ambo quia taliter non dixit: apposuit Pr Basewicz haec mihi dixit Pr Simon tu Pater ea nostri debebis dicere et dum de Pre Praeposito mala loqueretur ego fugiebam.

Interrogatus Pr Simon an excitaverit odia inter Dnum Benet et Patrem Praepositum ex ea ratione, quod detulerit Dno Benet quasi Pr Praepositus diceret hoc Dnus Benet est rusticus et prolem eius acciperet in captivitatem? Rndit fatendo quia dixi hoc et audivi hoc a Pre Praeposito. Interrogatus Pr Simon quare sibi retulit quod non licuerunt eandem dicta essent? Rndit quia Pr Praepositus me prior apud eos infamavit dicendo quod ego ubique Pragae, Cracoviae, Vilnae fuerim nequam. Interrogatus Pr Praepositus an haec diceret de Pre Simone? Rndit dixi haec sed iam post complanationem non autem ante eius delationem. Interea Pr Praepositus petijt sibi deduci a Pre Simone dicta contra Dnum Benet: ad quod Pr Simon dixit se multoties a Pre Praeposito audisse excurrerunt extraneos appellando in testes. Quibus auditis et examinatis Rndmus Commissarius inquisitione in quibus testes extranei appellant opus esse advertit et ulteriori examine totum opus verificandum et inquirendum esse decrevit ut tandem his litigijs et infamationibus finis poneret, effecto decreto suo ad premissa mediante Et sic solvit sessionem.

Actum Anno ut supra die 12 Juny Rndissimus Commissarius more solito convocatis per pulsum campanae ad commune Refectorium Fratribus et Patribus Conventus Suecensis dedit brevibus rationem prolongationis suae modernae visitationis eam nempe ut perfectius sibi possint patere omnia. Deinde ante latum decre

tum Pro Conv

tu pro Conventu descendit Rndissimus Commissarius ad requirendam Negligentiam in Conscribendis Metricis Baptisatorum repertam, et inexcusabilem. Interrogavit insup Rndmus Commissarius Pres Praepositum si fuerunt Hebdomadarij? Rndit Praepositus n fuisse. Interrogavit 2o quare n fuerunt? Rndit ob tumultum à Patre Simone causatum. Interrogavit Pres Conventuales scilt Pres Stanislaum et Prem Barsewios palam et ad oculum in praesentia Pris Praepositi an fuerunt illi obedientes? Rnderunt fuisse Obedientes, confirmante id etiam ipso Pre Praeposito

Hoc Connotato et Primis coram Patribus promulgato, formaturus Rndissimus Commissarius Decreta sup omnibus et singulis supra scriptis atq repertis Exposuit Patribus se n sine causa decisionem tam diu protraxisse, et inculcavit expresse arcanum suum fuisse in eo sibi tacite propositum, ut interveniente tali mora Pres faciliq se adirent, et sive inde ponendo, sive in confitendo sufficientiam temporis haberent; Quos ubi iam pro Decreto ferendo abire iusserit Pr. Praepositus opposuit Pri Simoni deducendo eum in Festo Natalitiorum Christi ob Nimiam Crapulam, tantum unum sacrum habuisse, qd comprobando protulit palam Prem Simonem cum quodam Milite Getica cohortis in Vigilia Nativitatis Dni Crematum bibisse, atq sic Crapulatum Illustrissima Succameraria adiisse, eamq immodestia sua offendisse: atq Interrogatus Pr Simon? Rndit ad singula. Interrogatus utrum in Vigilia Nativitatis biberit Crematum? Rndit se n bibisse et apposuit quia idem miles sibi offerebat imperialem si biberet scyphum, cui Rndit Pr Simon etiamsi decem des n bibam et non bibi ullam guttam. Interrogavit Rndmus Commissarius ad oculum et coram Patribus, si sciret Pater Felix uti Capellanus Illmae dum hora adventus Pris Simonis? Rndit se nescivisse eo qd tunc fuerit in Vesperis; et iam post Vesperas innotuisse adventum Pris Simonis. Pr Simon intra haec dixit declinasse pro eo tempore ad Dnum Gaschenwitz administratorem aulae illius. Interrogavit Rndissimus Commissarius Prem Felicem utrum veniens ad hospitium Pris Simonis reppererit eum Crematum bibentem, et an in praesentia sua ab illo milite bibit illud? Rndit neq se eum bibentem invenisse. Interrogavit Rndissimus Commissarius an n invenerit portionem Cremati in manibus eius? Rndit stabat Crematum in medio inter militem et Prem Simonem, in manibus autem n vidit. Interrogatus an in praesentia sua biberet? Rndit se non meminisse. Interrogatus an saltem audierit ab aliquo qd Pr Simon notabilem excessivamq mensuram Cremati cum illo milite hausisset? Rndit se nihil horum audivisse. Interrogatus an n audierit ab aliquo qd ille saltem unam portionem biberit? Rndit se n audiisse. Interrogatus an secum Pr Simon ad stanciam iverit? Rndit se audiisse. Interrogatus an Pater Simon uti ebrius in hanc et illam partem vacillaverit? Rndit se n vidisse vacillantem. Interrogatus an non ceciderit? Rndit se hoc non vidisse

Interrogatus an veniens ad staniā aliqua signa crapulæ notabilis dederit ut pote an n̄ statim in lectū temulentus corruerit? Rndit ut veniens ad staniā Pr Simon primo ad mensā resedit et qd esset ex via fatigatus conquestus est, dicenti sibi an vellet Cremato recreari bono? Rndit nolle se illud. Tandem me vocato ad Illmam Ægrotantem. Pr Simon ad stratū abiuit quem ego redux recumbentē in lecto reperi.

Interrogatus Pr Simon qt ea die Milliaria perfecisset? Rndit novem Milliaria qd et Pr Præpositus confirmavit. Insuper apposuit Pr Simon quod ea die pergendo infirmaretur unde cū eques erat in curru se devehi à quodam rusticis petyt.

Interrogatus cur ad Illmam de nocte veniret? Rndit se per aulicū Illmæ vocatum fuisse, aulici nomen ignorat, eum tamen notū alys esse dixit. Hic Pr Præpositus eidem opposuit qd Illma cū his alloqueretur, adventū eius indignata, quis te Pater huc vocavit pro quo venisti? ad qd interrogatus Pr Simon? Rndit se non talibus verbis ab Illmā susceptū, sed his pro quo venit huc sua reverentia? Ego Illmā Inveream pergo, Rndit Illma valde benè, gratias ago suæ reverentiæ. Interrogatus Pr Simon an fuisset antea apud Illmam? Rndit se iam pridem vicibus fuisse apud illā cū Prē N. Synnio. Interrogatus an fuisset sub tempus suæ residentiæ modernæ notus Illmæ. Rndit n̄ fuisse se ullo modo notū. Interrogati Patres an Pr Simon ante hanc viciem fuisset apud Illmam hic degens? Rndit Pr Præpositus et Pr Sacellanus Illmæ eum ante hāc non fuisse. Interrogatus an priusquā alloqueretur se Illma locutus fuit ad illā? Rndit nihil se locutū fuisse ante Interrogationem Illmæ. et in testimonium allegavit filias Illmæ Sanctimoniales tunc præsentes

Interrogatus Pr Sacellanus Illmæ an moraretur Pr Simon cū Illma et an loqueretur præsente se quid cū illa? Rndit post communionem Illmæ quā ego attuli et Viaticū porrexi, Pr Simon statim abyt, ego verò solus in contemplatione existenti Illmæ aliquo tempore assistebam. Interrogatus Pr Præpositus an haberet aliā contra Prem Simonem in eadem mā documenta? Rndit n̄ habere se alia documenta ulla et nolle se probare quidquā contra supra hic scripta, tantūmodo hoc intendere ut deducat Pri Simoni bibisse saltem aliquid Cremati in illo loco, et rescire quare ad me festis n̄ venerit siquidem ibi et concionatus est et missas celebravit, unde colligitur illū sanū fuisse ad qd Interrogatus Pr Simon? Rndit se neq minimū Cremati bibisse

Interrogatus Pr Simon quare ad Conventū n̄ descenderit pro festis illis? Rndit propter debilitatem corporis n̄ potuisse descendere, quod autem missas celebraverim illis diebus et in sacello Illmi exhortationes breves dixerim hoc n̄ posse arguere meas vires sanas, et viæ hyemali sufficientes, præsertim cū habeam testem Dnū Bolidzewicz qui mihi medicinam pro sudoribus commovendis exhibuit et sua industria concessit. Interrogatus Pr Præpositus quid ad hæc diceret? Rndit habere se scrupulū de defectu eius cū sibi sit cognitū eū quoties inebriari contingit, toties infirmari contingit, quod autem Crematū saltē in modico biberit hoc probare promisit

Quod quia

Quae quia prolixa nimis et iam tempus ti sufferat, Rndissimus Commissarius quamvis secundum se leuem hanc culpam in actu vero visitationis suae graviorem esse censens ut pote aut Frem Simonem Mendacij, aut Frem Praepositum Malitiae arguentem leuiter pertransire noluit ut pote multas post se trahentem inconvenientias, sed eam discutiendam et ulterius probandam decreto praesenti declaravit. et partibus praecepit, prout de facto declarat et praecipit tempore opportuno, et ipse Partibus Intimato

Insuper Rndissimus Commissarius timens ne in periurium ulterius et laqueos conscientiae Fres Conventus huius devenirent, aut procurando, aut simul invicem conferendo et hoc quasi ad testandum unus alterum irritando Omnes et singulos monuit et quidem sub poena excommunicationis ipso facto incurrendae tum eadem sub poena gravioris culpae per annum sustinendae, ne secum aut cum extraneis tales conspirationes sive condictamina facerent tam per se quam per alios.

Post hoc decretum Intulit Pr Praepositus quod Pr Simon coram Pre Basenius dixerit haec contra se. Quid Pater Praepositus expectat melius fugiat in Livonias, et per hoc arguebat Frem Simonem eum iniuste heri negasse quod famulum contra se incitaverit: ad quod Interrogatus Pr Basenius. Rndit audivi haec a Patre Simone quadam die ex Ecclesia eunte colloquendo: Interrogatus Pr Simon: Rndit poteram haec dixisse eo quod in Livonijs etiam ante fuit.

Quo suscepto Rndmus Commissarius in aliud tempus Judicandum et decernendum reposuit. sicque sessionem solvit

Actum Ao ut supra 13 Juny. Rndissimus Commissarius ad pulsum campanae more solito convocatis Patribus et Fribus Conventus Tuerciensis ad communem stubam praemissis praemittendis. Proposuit eis id sine ingemiscitione dicens Jam satis hausisse se amaritudines ad provocandas lacrymas. Hortatusque est Patres, quatenus offensiones leves donarent Domino Deo, graves vero et votis religiosis in essentialibus repugnantes, siquidem huiusque plures non dixerunt, et adhuc intra se continerent connotarent et in tempus opportunius reponerent; Quos omnes pro formandis decretis tantisper cedere iussit.

Quibus exeuntibus Invocato Nomine Dni factaque apud se matura omnium Commissorum deliberatione super omnia et singula bonum conventus eius ab extra, et observantiam regularem concernentia ab intra haec tulit, formavit, constituit prout de facto, fert, format et constituit decreta

Decreta

Imo Circa Ecclesiam ab extra Mandat Rndissimus Commissarius Pri Praeposito moderno quatenus curet tectum et Cupulam Ecclesiae reparari, ne sua incuria aut negligentia Ecclesia corruat aut labatur. Hocque quam citissime faciat, siquidem

Una et altera sexagena tegularum, magno Ecclesiæ damno possibile est obviare

Circa Ecclesiam ad Intra.

Curet R. P. Præpositus Sacristam suo Officio Invigilare ut Ecclesia quolibet Sabbatho purgetur Mundities circa altaria et scamna Ecclesiæ Omnis servetur. Fons baptismalis Mundus sit, et bene custoditus ne amplius aqua Baptismalis pulveribus sit Infecta

Circa Sacristiam

Casulæ, Mappæ, et Pallæ, quæ indigent reparatione quantocius reparentur. Solemnes apparatus et albæ, quotidiano usu non atterantur, et cum paucæ sint tantum solemnioribus diebus et Festis Primæ Classis: hoc quoque pro missa maiori tantum dentur aliis vero diebus minus pretiosis secundum exigentiam festi utantur. Sint quoque contenti eo quod sibi sacrista præparaverit. Sub pœna gravis culpæ per duas hebdomadas sustinendæ secus facientibus a Patre Præposito statim inferenda. Caveat vero Sacrista ex malitia Casulam aut albam nimis laceram et usui non servientem ad irritationem alicuius Patris offerre, sub pœna similis culpæ. Habeantur in sacristia tabulæ tres, In quarum una scribantur obligationes perpetuæ et Anniversaria, In altera obligationes ex eleemosynis fidelium quæ offeruntur ut suo ordine scriptæ, et a sacrista celebranti Presbytero indicatæ suo numero Prout fuerint absolutæ deleantur. Caveat vero quisque Presbyter Conventus huius, ne audeat Missas aliter præter quam ex tabula absolvere, nisi de speciali et expressa superioris licentia eum aliquando aliter celebrare contingat. Obligationes tam perpetuas quam præsentes sine intermissione absolvi curent, sub pœna gravis culpæ per duas Hebdomadas sustinenda, hoc etiam sentimus et de anniversariis in Constitutionibus Ordinis ordinatis: ad diligentiam Patris Præpositi uti boni Viri Ecclesiastici spectare admonuit Reverendissimus Commissarius ut curet plura promptuaria, Confessionale sanum pro Patribus et Scamnum penes illud ad quod genuflectens presbyter possit se pro Missa præparare. In Sacristia Nullius Confessionem excipiat præterquam solius Fundatoris, vel notabilis alicuius Benefactoris extranei; sed Omnes in Ecclesia audiant. Tertia tabula sit, in qua nomina Fratrum Defunctorum conscribantur.

Circa Chorum

Libri ad Chorum spectantes quantocius reparentur ne incuria Patris Præpositi plus adhuc destruantur. Liber Metricorum, diligenter conscribatur, nec reperiantur spatia in eo Omissorum. Volumus similiter ut habeatur liber Mortuorum fidelium in Ecclesia aut Cemeterio sepultorum

Circa Officium Divinum in Choro

#

Qualibet die meminerint Patres Matutinas aestate de vespere, hyeme vero de media nocte in Choro absolvere, Sacristâ pro eis pulsu campanae faciente. Horas Canonicas diebus solennioribus Primam et Tertiam Cantabunt, Dupl: vero et Dominicis tantum Primam ~ loco eius tertiam. Ceteras in verbis servatâ pausâ dicent. Hoc etiam et circa Vesperas et Completorium omnino observabunt. Cursum B:ssimae V: M: non intermittant dicere ante horas diei # Missam Conventualem diebus dupl: solennioribus et Dominicis in Choro Cantabunt, diebus vero ferialibus post tertiam statim Missa Conventualis legatur, atque in ea Litaniae Lauretanae ~ Horae de B: V: M: polonicae decantentur, Cui omnes Patres adesse omnino obligantur etiam Occupationibus suis semotis, nisi aliquae graves sint et urgentissimae. Missa prima hora quinta tempore Cursus B: V: M: lecta absolvatur, caeteraeque missae ordine suo una post aliam lente exeundo, usque ad Missam Conventualem # Examina mane et vespere fiant in Communi.

B Circa Monasterium ad extra

Monetur P: Praepositus quatenus non sinat tecta Monasterii collabi, sed ut primum opus fuerit restauratione, procuret ea restaurari; pauci enim sumptu sumus, et si ruinas non praevenerimus, vix reparabiles evadimus

Circa observantiam Fratrum et bonum ordinem

Tenendum Secundum Regulam et Constitutiones in Fratribus Cultus huius manute-

Habeat P: Praepositus tabulam in Refectorio, in qua scribatur ordo Officii Divini et Conventus, sitque numerus Patrum pro missis Sturorum à Primo Sacro usque ad Conventualem missam consequenter procedens, Hebdomadarii pro Choro, et Cura animarum, nec non Celebrantes pro opportunitate in ea consistant. P: Praepositus solus ad libitum uti negotiis Conventus involutus, P: Coadiutor secundum ordinem numeri nisi ea die concione fuerit impeditus habendâ, ad quam tempestive se praeparare debet absolute. P:res vero quotidie Celebrare missas debebunt, scientes Omissionem Missarum sine urgenti causa factam esse iniuriosam Deo, non offerendo ei Gloriam, quam offerre posset si celebraret, immisericordem Viventibus, quibus celebrando secundum necessitates eorum succurrere denegat, Crudelem defunctis quibus cum possit suffragari subtrahit suffragium per peram aut suâ culpâ non celebrans.

Circa obedientiam Salutarem.

Omnes et singuli F:res et P:res, obedire tenentur Praepositis suis, tanquam Patri qui omnium eorum tam in spiritualibus quam ~~et~~ temporalibus curam gerit; Hinc monentur Omnes superiores Ordinis nostri Locales ut sub poena districtae in Tribunali Divino responsionis, et privationis officiorum in Ordine, tam ad praesens quam in futurum obeundorum, curent se tales subditis suis exhibere, quomodo illos et temporalibus et spiritualibus bonis paterna sollicitudine.

Valeant sustentare, scientes non tantum corporali esca ut animalia: sed maxime spiritu pabulo uti Electos Dei. Fres Ordinis nri credito esse sibi; In quo vigilem et solicitum voluntq esse Prem Prepositum loci huius. Nemo sine licentia superioris aliquis extra monasterium exeat, longe magis civitare caveat. ~~Circa~~ cibum

Circa cibum et potum.

Omnes eodem cibo eodemq potu reficiantur, ut omnes pro collatis Deo beneficijs gratias agere possent; Quare monetur Pr Prepositus ne tam sibi quam alicui fratrum singulare quid indulgeat, nisi necessitas evidens aut infirmitas aliter postulaverit.

Circa Controversiam inter Prem Prepositum et Vice Prepositum.

Insistendo tenori Constitutionum et Cap. de culpis Rndissimus Commissarius decernit Prem Vice Prepositum esse sub obedientia Pris Prepositi; Esse ita temperatos esse constituit, at Pr Vice Prepositus Prepositum suum confundens, aut vilipendens aut contra expressam voluntatem eius quid in maliciam faciens, poenis rebellionis sit obnoxius: Et Pr Prepositus sciens Vice Prepositum suum esse dexteram suam, cui in necessitatibus conventus obvijs committi possit, eum authoritate qua par est praeditum in conventu suo existimet, neq vilipendendum putet, ut pote auxiliatorem sibi desuper pro assistendo deputatum. Dum vero eos inter se discrepare contingit. Quoniam et Pr Prepositus est superior conventus sui tum Vice Prepositus nulla offensione aggredietur, sed in ijs in quibus opportuerit modeste superiorem suum postulabit: Et Vice Prepositus est ad custodiam boni in conventu regiminis, et assistentiam rectori assignatus, cum Pr Prepositus sibi adversantem non puniet ipse, ne vel bona conventus in commodum suum vertere corruptis non nullis Fribus, vel vitam irreligiosam sublato Inspectore ducere velle videatur excessus eius superiori maiori deferet, ut sic non ipse suae causae iudex sed alter ab eo existat. Melius tamen facient si Prepositus cum suo Vicario in unum convenerint, scientes dissessionibus suis magnas imminere poenas, ut pote conventualibus scandalosis locis damnificantibus et ordini diffamatorijs.

Circa patientiam et tolerantia culpae

Nimium impotens animus, et sibi nesciens imperare, eo quod alteri lethali et incurabili offensus, ad extraneos excurrit, suos et suorum defectus denudando. Constat eiusmodi Frem non religiosum sed litigiosum esse, utq cum alij studio incumbent, qua ut videat mala, et faciat promulgando peiora, ipse tam malicioso levi factus pessimus. Quare monentur Fres conventus huius ne audeant ext

neis culpas Frum

Culpas Fratrum suorum notas fieri, scientes hoc nimis Ordini et personis ejus crudele esse. Sed dum viderint aliquem Fratrem delinquere, cujus culpam ~~[illegible]~~ n' sufficiunt, eam inter se puniant, et puniendam Superioribus suis deferant. Salubris enim malum n' facile curandum ad tempus tollerat, quam inutiliter atque perperam irritat. Satis habeant esse Patres sibi in Sacro Ordine, qui succurrere condolereque possint eis qui errant: in saeculo utique n' facile cujusmodi inventuri. Secus facientes sunt schismatici et destructores ordinis, tam pro sano studio n' commune bonum sed propria commoda requirentes

Circa Culpas Confessas.

Fri Helen pro aliquantula ebrietate tres Coronas de B. ssma V. MARIA pro Defunctis dicendas.

Fribus Stanislao Kargielewiz pro rixis et ebrietatibus confessis duas disciplinas singulares, et tribus vicibus recitatio totius officii Defunctorum. × Mendacium In visitatione commissum et captatio insularum Suercensium ne contra Prem Praepositum quid dicerent ulteriori decisioni reservatur. Athanasio Basenio. Pro enormitatibus [illegible] patratis per quinquennium carentia vocis activae et passivae; per annum ultimus locus in conventu, disciplinae quindecim, sex feria sexta ad mensam in Refectorio 9 diebus sabbathi post examen in Ecclesia. Pris Simonis Culpae ad ulteriorem decisionem remittuntur. Pri Praeposito pro confessis culpis tribus vicibus psalm. poenit. et unum jejunium die sabbathi cum mortificatione aliqua injungitur. × Puncta Pris Simonis et cujusdam Organarii Rymsza dicti necnon et aliorum contra Prem Praepositum porrecta ad declarationem Venerabilis Definitorii in toto suspenduntur. Ex motivis his n' est visum Rndissimo Commissario illa puncta nunc examinare, quia in illis specificantur testes extranei, quos si Rndmus Commissarius induceret authoritate propria et dicerent a malevolis suspecti et corrupti et n' se sisterent ad Inquisitionem suam uti a n' habente supra eos authoritatem adcitati, et corrupti possent mentiri et ex timore veritatem n' dicere, et si dicerent eam per corruptos a Pre Praeposito hujus loci villarum praefectis virgis caedi prout antea pro depositione veritatis sunt caesi. Alterum motivum dandae huic malo morae ut tempus quiescentis aut renunciantis sese in malo suo Pris Praepositi edoceret modum vitae eius. 3tium Motivum ut per hanc moram testes si malitiosi fuerint malitiam deponant et constantiam animi pro Veritate stantis secundum porrecta puncta tempore non immutatam ostendant ac demonstrent. 4tum Motivum ne statim inquirendo forte nocentior Rndmus Commissarius ab extraneis hucusque aliquibus ex sequentibus indagando quam ad tempus justificando evaderet, praesertim cum post talem Inquisitionem magis praecipitem quam utilem plurimis enormitas hujus loci innotesceret. quod

Nunc nota est.

Nunc nota est et residente nunc quadrante milliari Illmum Fundatore de praepositos moderno adhuc bene sentiente, et plura pro hac huic Ecclesiae bona offerre declarantem à bono proposito uti scrupulosissimum non deterreret, qui nunc audiens loci huius mala non credit tunc forte credidisset, et omnibus sequturis officialibus et Fratribus Ords nri iam diffideret, Existimando quod et ille similis praeterito sit.

Reg Innocentem omnino Prem Praepositum declarat, tum quia multis sunt viis peccare ex habitu volentis, unde et accusationes eius contra Prem Simonem suspectas nullas habet, uti contra actorem et emendatorem suum forte exquisitas; tum quia Pr Praepositus nimis suspectum se in visitatione reddidit, expediendo uxorem coci uti allegat omnium patratorum ab eo in incontinentia fuentem, quae immediate ea die qua Rndmus Commissarius ad fontem Tuerecens descendit expedita à Pre Praeposito nescit ad quas villas duxit maritus Cocus; et alienando puerum uti allegat Fratrem malis suis, qui eam ducere ei solebat, uti in punctis habetur ipso die Instante Inquisitionis. tum quia Pr Praepositus sollicite captabat eos quos contra se aliquid dicturos sperabat, et hoc tempore visitationis uti fecit signanter cum Rymsza: tum quia puerum dictum antequam expediret in praesentia Rndmi Commissarij flagro caedebat sine ulla causa: signum ergo fuit, voluisse eum sic timorem puero incutere, ne quid Rndmum Commissarium valere ostenderet: tum quia literas Pris Simonis 6ta Junij a Dno Decano Braclaviensi quatenus ad Rndmum Commissarium descenderet datas intercepit. Decanus vero ille fert multa scire de peccato suo.

Cum ergo gravia hic reperiantur quae si aut incaute fierent aut incautius committerent, certo certius Conventum hunc et totam Religionem infamarent, vitam dissolutam et non religiosam inducerent, ideo Rndmus Commissarius Definitoribus Ords scribendum censuit, et habita eorum notitia secundum regulam et constitutiones Ords procedi debere declaravit, prout de facto censet et declarat.

Circa numerum Fratrum

Quoniam in hac Ecclesia Imago Bssmae Virginis gratiis et miraculis clara reperitur, Ideo propter augendam Christi fidelium devotionem necesse iudicavit Rndmus Commissarius duos adhuc Presbyteros adhunc Conventum pro residentia ordinandos et expediendos.

Ordinatio Patrum

Pr Felix Martinus in Sacellanum Illmi Fundatoris confirmatur

Circa Compotationes.

Usus Cremati omnino prohibet et quasvis alias compotationes, cum ex eis nil tumultus et omissiones Divinorum oriantur. Portione sua sint contenti Patres. Sin necessitas Cremati sumendi fuerit, licentia à Pre Praeposito petatur quam non aliter

Concedet P. Praepositus nisi ad unum mediocrem pro sanitate haustum. Sciens facientes punire non tardet secundum Const. ordinis, poterit tamen P. Praepositus prout et obligatur secundum posse suum servulos Dei tam sibi obedienter et Deo sancte viventes diebus solennioribus aliquâ mensurâ Religiosâ potus salutari recreare, hoc autem quod â Benefactoribus oblatum sibi fuerit omnino cum Patribus sumet.

Iterum De cibo.

Dabit P. Praepositus cum pipere et oliva Patribus manducare, nè dolens pro eis aliquot grossos, dum sani sunt, impendat aliquot decades florenorum dum suâ culpâ infirmi extiterint. Patres vero habeant misericordiam et respectum Praepositi sui, tenuitatem proventuum afferentis, scientes se non ventri sed Deo servire debere.

Circa Cellas.

Visitet P. Praepositus Cellas Fratrum suorum ut eis necessaria pro posse suo exhibeat et superflua subtrahat, in omnibus vero munditiam et honestatem custodiat, hoc faciat et circa Ecclesiam

De Subditis Praedii et Praedio.

Curae P. Praepositi committitur ut fundos occupatos et alienatos recuperet, sylvas pro agris innovandis ad praedium spectantes excidi faciat, subditos advenas etiam in villa nostra possesionatos ab Illmo Fundatore donari Conventui suppliet.

De Concionibus et Cathechismo.

Quolibet die Dominico et Festo post secundum Sacrum sit Cathechismus Lituanicus pro populo rudi et Instructio eorum moralis. Concio vero polonica in summo Sacro

Iterum De Obedientia Superiori.

Quicunque abhinc superiorem loci dishonoraverit vel ei rebellis extiterit, noverit se excommunicatum, et poenis gravioris culpae per annum, privationis vocis activae et passivae in perpetuum, carceris triennalis sessioni continuae destinatum esse. Caveat autem etiam superior irritare aut persequi Fratres suos sub iisdem poenis. Ut sic omnes melius vivant in timore et charitate Dei.

Quibus ita decretis Lectis publicatis, Patribus Conventus et explicatis Rndmus Commissarius Culpas suas generales dicentibus Patribus Conventus pro poenitentia tres disciplinas in communi quindecim preces dominicas et totidem Ave Maria assignavit atque ipse die hac primae disciplinae interfuit. Patrem Praepositum de redimendo argento oppignorato admonuit, conservationem punctorum prius ante datorum serio iniunxit, decimam commutatam in aliud tempus inquirendam reposuit, Omnes denique et singulos ad sanctitatem exhortatus de more ab omnibus peccatis, et censuris absolvit; solam deceptionem in moderna visitatione reservando confessario pro Patribus pro Patribus Prem Felicem ut pote cum Illmo Fundatore hic residentem ordinavit Sicq cum Sessione praesenti, finem Visitationi suae felicem imposuit

Adhuc circa Prem Praepositum Tuerecensem

Quoniam in via pergenti ad Conventum Pomenunensem Rndmo Commissario Innotuit P. Raphaëlem Radkiewicz periculis exorcismorum se intrudere, ideoque postquam descenderit Rndmus Commissarius ad Conventum Pomenunensem statim die 19 Jany Vocatum ad se Prem Raphaëlem admonuit ne se in Materias Medicas et casus prohibitos intruderet; Prohibuitque ei omnem pulveris medicinalis Egrotis traditionem, aut quarumcunque herbarum, sive ad vomitum sive ad alia Farmacaca pertinentis traditionem, prout praesenti Decreto suo eundem admonuit et prohibuit, tamdiu, donec de Exorcistis sive Exorcismis cum Eminentissimo Principe locutus non fuerit. Orare tantum et Seminare aliasque Mortificationes Sanctas et Religiosas Infirmis ad se Venientibus Implere concessit et concedit. Subscriptionem Regestrorum legitimam et cum Patribus Clavariys quolibet mense faciendam praecepit. Quod vero hucusque non subscripta taliter habuerit, eademque In forma in visitatione sua praesentaverit Culpabilem adinvenit, Sicut et pro eo, quod Memorias negligenter Conscriptas reperit, alienatosque decimos aureos, ex Imagine Bssmae Virginis proprio ausu acceptos et in votum vilius Commutatos sine illius Notitia, declaravit et declarat, Poenas eius in toto ad futuram Comiscadre reposuit et reponit.

Eidem Rndo Pri Radliewicz Praeposito Tuerecensi Mandavit Rndmus Commissarius, quatenus sub poena privationis officij, inhabilitatisque in futurum ad alia obtinenda Omnino Summas legationum Conventui Tuerecensi a piè defunctis fidelibus legatas recuperari, easque debite uti de Iure Conventui suo quantocius restitui reddi curaret. Easque recuperatas si quae Capitales fuerint, uti reemptionales, super bonis mundis et liberis collocari et inscribi curaret, si quae autem exiguae fuerint nimis ita ut non possint in Summas reemptionales converti, nempe quae Centum florenos non attingerint, in apparamenta Ecclesiae, sive aliud Conventus sui bonum, prout sibi initum cum Patribus Conventus Consilio visum fuerit commutaret. Quod si ante praesens Decretum Rndmi Commissarij contempserit. Censuit Rndmus eum etiam praeter depositionem ab officio alys poenis atque censuris Ecclesiasticis innodandum.

Insuper Iniunxit eidem Rndmus Commissarius, ut intermissâ omni morâ ac dilatione, adhibitaque diligentiâ ac attentione invigilaret absolvi Missas 300 ad Intentionem Conventus Bogoriensis, idque adimplendum declaravit.

✝ CONVENTUS PONIEMUNENSIS

IN NOMINE DOMINI AMEN.

Ano Dni ut supra 1693 die vero 19 Juny.

ACTUM in Conventu nro Poniemunensi Rndmus Commissarius celebrato Sacrificio Missae in Ecclesia Poniemunensi Convocatis ad pulsum Campanae Patribus et Fratribus Conventus Praemissis solitis orationibus, fecit legi Instrumentum Officij Commissariatus sui per Dnum Notarium Ordis actuarium, eoque lecto obedientiam more solito a Conventu recepit. Jurisdictionem Suam fundavit ad Visitationem Internam et Externam Conventus et Ecclesiae huius ~~ex~~ procedere declaravit ad esse Sermonem Spiritualem habuit sequentem.

SERMO

Si me Coelestis aliquis Genius Interrogaret, Ubinam sim, Ubi locq meus? responderem Fres apud Vos manens, esse me in Ecclea Dei Viventis Magna, in Civitate Nova Hierusalem. Vos enim decet Sanctitudo in longitudine dierum, Vos estis templum Dei; Nec aliter de Conversatione in hoc loco Vestra suspicari valeo, quam quod in oculis Dei et hominum sancti et Mundi sitis. Externa superficies Vestra, Religionis, et Sacerdotij sublimi nimis est titulo, cunctisq excelsior populis, ut in Omnium oculos facile incurrere possit, sed Cruce Xti signata, ut illi qui Vos vident, partem Vos esse Dei, et locum sanctitatis plenum, colligere possint. Hoc enim diversa a statu Saeculi huius, et nives vestis Vestrae postulat Ordo; ut primo Intuitu Vestri electos ex mundo constitutos in Paradiso Dei, et omni totius Vitae ratione diversos a saeculo, cognoscant Vos esse oculi qui Vos vident. Caeteri populorum in hoc terrarum orbe, sunt quasi simplices et profanae Domus, in quibus Vita Vivitur temporali, at Vos Fres Charissimi, qui Sacerdotes Dei et Viri Religiosi facti estis, quasi templa Dei, cunctis Domibus altiora et magnificentiora, in quibus Vita Vivit spirituali, in quibus Non Corporis, sed animae cura habetur, in quibus nihil Mundo et tempori, sed totum Deo fit et beatae aeternitati. S. Aegidius Socius Vitae, et discipulus Seraphici Francisci, totius beata simplicitas et simplex beatitudo, per transitum Beatissimi Patris, Interrogantibus quibusdam Vice Ministris Ordis sui Provincialibus, quonammodo possint conservare primaevam sanctitatem, et restaurare fessam in locis quibusdam Religionem, respondit cum plausu et iubilo. O mi amantissime Fraterule aedifica mihi Domunculam sine lateribus et calce? O mi amantissime Fraterule aedifica mihi Civitatem sine lapidibus et calce! Quod cum alij non Intelligerent et abirent, Unus ex eis aestuum studiosior, interpretari sibi haec Verba postulavit. Cui beatus ille seniculus Respondit. Ut consurgat Religio nostra, debet esse similis Civitati Hierusalem Novae, quae non ex lapidibus, sed ex Sanctis aedificata, non calce sed amore Dei Unita constat. Ut sanctitas primaeva teneat, Vestrum Fratres ad profectum in Vita Religiosa ducere et hortari. Deum Igitur Omnes super Omnia diligite.

Omnia diligite, et sanctitati incumbite. Non Mundi sed cœli pompam sequimini, non commoda
sæculi, sed Virtutes in Communitatibus Vestris quærite et congregate, et sic consurget Religio, re
staurabitur sanctitatis perfectæ schola. Videtis ergo Fratres mei Charissimi quod Viri Religiosi
sint templum Dei, et Civitas Altissimi, quorum materies ædificij animus boni flagrantissim
quorum nexus inter se et Unio, amor super Omnia Dei. Talis Civitas erat quondam S. Religio
Nostra, quando Beatissimos Martyres suos cœlo inferebat, Beatos Confessores Deo parturieba
sicut terra Sancta et Sacerdotalis producendo Sanctos Dei et Sacerdotes, tanquam lilia, rosas, h
acinthos, Violas; Talis Civitas ut sitis Fratres mei Charissimi, à modo usque in æternum, studium est, opus
labor ingens Eminentissimi Principis Protectoris et Conservatoris Nostri longe faventissimi Dn
Dni mei Clementissimi. Ceciderat enim antiquus splendor, recesserat à Domo hac cordium et Cri
Christi, omnium pulcherrima atque Vetustissima omnis decor eius, Corruerat Civitas hæc Sancta in Mar
hostili, factaque diu patens muris, atque inclementijs cœli, accessa hostibus animarum, et latronibus dep
dantibus eam, In omnibus locis Nostris, eramus Troia Vetus malum et squallens Ilium. assueti
acerbo omni atque amaro neque faciem neque frontem constrinximus, ad malis grandibus premeremur; pr
tereuntibus Vias Nostras fumus eramus lacrymas extorquentes, Melius Nobis Vulnera Nostra
sentientibus, dolor continuus in cordibus eorum, et commotio capitis in populis. Cineribus atque ruinis involu
Nostris, non ædificia, non templa Dei, sed rudera et tristes destructorum Vestigium eramus. Manus fo
et potens, Dextera excelsi, et Virtus ex alto, ita miseris Nobis in reædificationem, et reparatio
nem Domus Nostræ, Venit à Sede Petri, et à Christi Vicario Sanctissimo Dno Dno nostro Dno Innocentio
XII Pontifice Maximo Eminentissimus Princeps Celsissimus Illmus et Rmus
Dnus Dnus Michaël S: R: E: tit: S: MARIÆ de Pace Cardinalis Radzieiow
Archieppus Gnesnensis Legatus Natus Regni Poloniæ et M. D. L. Primas Princepsque Princep
Protector et Conservator noster Clementissimus, qui Convocatis Ao 1692 Die 4 Novembr
Lowicium Nobis ad Celebrandum Capitulum Generale, amovit pulveres, fundamenta domus Nr
tegentes et Velantes, excussit flammas igne malo nocentes, fecitque Nos Deo et Nobis Eminen
tissimâ gratiâ suâ redditos, posse habere Vires, ad restaurandam hanc Civitatem Dei ad ædificandum
emendandumque, templum hoc iam solutum. Laborandum igitur Fratres mei Charissimi Nobis est
ut emendemus Nos, totis Viribus incumbendum, ut reparemus ruinas Nostras, totis Medullis
incessanter quærendum, ut simus Templum Dei, et habitatio Spiritus Sancti. Hoc Eminen
tissimo Principi Nostro solatio futurum si æterna consurget Domus Nostra, hoc dolori ma
si steterimus tota die otiosi, Nihil laborantes manibus bonarum Voluntatum, si contemplabimur
amplexari antiqua mala Nostra. Donet hoc Nobis Deus Optimus Maximus, ut ab Eminentis
simo Principe Nostro restaurati, evadamus in Civitatem Dei plenam Sanctissimis Dominibu
et aureis ordinatam Plateis. Quod ut studio indefesso à Nobis bene inceptum perfici possi
Missus sum Fratres mei Videre opera Vestra; si id quod boni incepistis? si fundamenta pos
ta in Montibus Sanctis Vestra altius ad Ædem Dei construendam promovistis? si ruinas
Ordinis pro posse Vestro redintegrastis? si otio si labore consumpsistis? si Deo altaria si Baa
Idola infamesque aras confecistis! si Novo bono si denique antiquo Malo intenti estis. Ve
strum erat Fratres ea quæ Voluistis facere, meum nunc facta Videre, et dare mercedem Uni
cuique secundum opera sua.

Finito sermo

Finito deinde sermone descendit Rmus Commissarius ad visitandam et Inventandam Ecclesiam, cum Patribus Conventualibus, ibique facta coram Venerabili Sanctissimoque Eucharistiae Sacramento debita adoratione paululum orans Sacram Synaxim vidit, qua Omnes Fratres benedixit, eamque honorifice collocatam reperit. Ad Fontem Baptismalem postea procedens eum Mundum invenit. Olea Sacra honesto loco reposita Anno praesenti 1693 i.

Apparamenta Ecclesiae revidit et secundum Inventarium reperit quod sequitur

INVENTORIUM

Ecclesiae Poniemunensis Ordinis Nostri.

Ecclesia Nova Lignea formae simplicis ab intro et ab extra nondum perfecta fenestras habens Maiores No 8 Minores No 2. loca pro Fenestris No 3

Haec Ecclesia non consecrata tituli S. Martini Episc: Confessoris: nec septa;

Altare Maius formae veteris per partes aliquas deauratum; In quo Imago Magna Sanctissimae Trinitatis, desuper alia Imago Minor Immaculatae Conceptionis B.V.M. Tertia Imago S. Catharinae: In eodem altari sculptae personae Sanctorum S: Stanislai Episc: Martyris a dextris; S: Casimiri Confessoris a Sinistris, desuper etiam duae sculpturae antiquae.

Ab ingressu ad Ecclesiam a dextris Capella lignea nec dum perfecta. In qua altare formae bonae Coloris Nigri, Continet in se Imaginem Flagellationis JESU Christi.

A sinistris ab ingressu ad Ecclesiam, Capella de muro, in qua altare Primum Bssmae V: MARIAE formae elegantis, a parte Maiori auro et argento depictum. In hoc Altari Imago Bssmae V: Mae gestiens infantulum JESUM, ab antiquo gratiis Multis et miraculis fulgens. Cuius Vestis argentea per partes deaurata, Coronae argenteae duae per partes deauratae, una supra caput B.V.M. alia super caput Christi Domini. Cum lapillis simplicioribus.

Margaritarum funiculi duo. Globulorum de Spumis marinis funiculus Unus: Instar Corallorum intertextus globulis vitreis albi Coloris funiculus longior Unus.

Item Funiculus Unus de globulis Succini intermixtus globulis rubris,

Corallorum funiculus parvus auro inclusus qui No sunt 16 et secundum Inventarium antiquum non reperiuntur duo. quibus appensa est figura parvula Spiritus Sancti cum lapillis bohemicis, et metallum parvum de gipso pictum, auro obductum.

Vota argentea tria super eandem Imaginem; Instar cordis praeter haec Unum, Instar oculorum etiam Unum, In Altari Maiori supra Imaginem Sanctissimae Trinitatis Vota 5

Annuli aurei duo, secundum antiquum Inventarium alii duo non reperiuntur.

Annuli argentei duo. Crucula argentea destructa cum globulis vitreis quatuor deperiit

Item Crucula argentea alias Karawaczka deperyt

Circuli a Sertis tres pure argentei deaurati similiter tres.

Aurenulæ aureæ duæ cum adamantibus ex quibus desiderat in una pendens tertia particula.

Aurenulæ Crystallinæ 5 Item ad aures Infantis Christi de lapillis Bohemicis duæ

Item ad aures B.ssmæ V. MARIÆ simpliciores duæ.

Aurei sunt ~~[illegible]~~ duo Cochlearia argentea duo. n' Invenit

Duæ quartæ partes imperialis pendent in eadem Imagine. Numisma 10 gross: confla

Duæ rosulæ Maiores in Corona B.V.M. item duæ Minores in eadem Corona.

Item Duæ rosulæ in Corona Infantis JESV. appensæ: Omnes ex lapidibus Bohemicis.

Rosulæ simplices destructæ quatuor et Munerula Una.

Scapulare auro et argento acu pictum Unum, Flosculi ex filis argenteis intextis formati.

Reliquiaria Crystallina Cornu circumducta duo ablata

Imagines instar Reliquiariorum pargamenæ inclusæ sunt septem.

Catenulæ simplices ex aurichalco tres, ex quibus Una longa in Cubitos quatuor, altera Crassior brevis Cubito longior Uno; tertia parva eiusdem Mensuræ.

Item Catenula Una ærea duorum Cubitorum.

Funiculi duo purpurei Coloris ex lapillis Compositi, quibus fœminæ solent uti ad Collum Unus ex eis filis argenteis alius filis lineis dispositus.

Rosarium ex minutissimis globulis in filo ferreo alias na drocie cuius rosary decades 15
hoc rosarium peryt

Imago S. Crucifixi ad Eandem B.ssmæ MARIÆ V. imaginem Vitris et filis argenteis adornata

Velamina huius Imaginis.

1mum Par. Ex maa serica subrubra iam usu attritum.

2dum par ex maa dicta Sedwabnica w proszku alba adhuc valens pro usu.

3tium Velamen Uniforme ex materia serica quod nunc est in Imagine B.V. rubrum.

4tum Sericum ex maa dicta Sedwabnica w proszku album.

In Eodem Sacello secundum Altare S. Joannis Baptistæ per partes argento et auro depictum.

Sacristia muro cœpta ædificari nondum perfecta.

Vasa Argentea huius Ecclesiæ.

Calices argentei intus deaurati cum patenis similiter argenteis deauratis 4.

Monstratorium magnum argenteum cum radijs Circulo et Melchisedech deauratis.

Pixis intus et extra per partes deaurata Una cum operculo argenteo et Cruce desuper, cuius sedes ærea. Crux pro Pacificali argentea Lampas parva argentea pendula

Thuribulum argenteum cum navicula et Cochleari argenteis.

Circulus cum radijs deauratus pro hostia exponenda Pixidi pro processionibus affigendus

cum Angelis

cū Angelis argenteis deauratis, aliis Monstratorium parum antiquum destructum argenteum sine pede.

Casulæ Varij Coloris vix iam Valentes.

Casula albi Coloris cū stola et manipulo.
Item Casula albi Coloris argenteis filis intertexta cū columna rubea cū stola et manip:
Casula eiusdem Coloris sericea de mat̃a dicta Atlas cū stola et manip:
Rubei Coloris casula cū Columna alba sericea varijs floribg et filis argenteis intertexta cum stola et manipulo.
Eiusdem Coloris sericea cū Columna polimita cū stola et manip:
Eiusdem Coloris seu corporei ~ imperfecte rubri aureis filis ptexta cū stola et manipulo.
Item eiusdem Coloris cū Columna Viridi cū stola et manipulo.
Viridis Coloris Casula cum Columna alba ex mat̃a dicta ned̃sa fimbriis de filis Sych cum stola et manipulo. Casula noua ex mat̃a sericea dicta Atlas coloris Cinerei cū
Eiusdem coloris sericea cū stola et manipulo } columna sericea Coloris aurei hns fimbrias
Eiusdem Coloris Polymita cū stola et manipulo } argenteas cū stola et manip: coloris aurei
Violacei Coloris Casula cū Columna rubea stola et manip:) Item Casula cinerei Coloris
Cinerei Coloris Casulæ duæ sine stolis et manip: } cū stola et mamp:
Nigri Coloris casula filis aureis intertexta cū columna rubra stola et manip:
Eiusdem Coloris Holosericea casula cū stola et manip:
Eiusdem Coloris semisericea cū stola et manip:.

Alii Apparamenta Ecclesiis

Cappa Nigra sericea de Materia dicta Axamit w Sor Syfty cū fimbrijs albis sericeis
Cappa ex mat̃a turcica Albi et aurei Coloris cū fimbrijs sericeis.

Albæ.

Una Lintea hns circumferentias per negligentiam laceratas et abusum in manicis indigens reparatione. 2da ex Linteo simili hns circumferentias circumcirca et latera de filis lineis bona et Noua. 3tia Lintea hns circumferentias manusculas et laterales de filis Lineis. 4ta Ex Linteo cū circumferentijs circumcirca et circa latera per abusum circumferentiis laceratis de filis Lineis. 5ta Lintea hns circumferentias linteas paruas iam vsu attrita. 6ta Lintea hns circumferentias manusculas ad instar retium factas et laterales. Una Lintea sine circumferentijs. Humeralia Lintea 7

Duæ albæ in Ecclesijs filialibg cū Humeralibus. Cinguli de filis lineis 4.

Superpelicea cum Circumferentiis Lintea tria Quartum in usu attritum.

Tobaleas

1ma de Linteo tenuissimo cum floribus Maiusculis de Serico Viridi et filis aureis elaboratis circumcirca Cubitorum trium 2da de Linteo tenuissimo in Marginibus habens flores Sericeos varii Coloris frigia acu elaboratos filis argenteis intertextos Cubitorum circiter duorum. 3tia Ex Linteo tenui hns flores Sericeos rubeos ex una parte tantum elaboratos cubitorum trium circiter 4ta Ex linteo tenui antiqua hns in Marginibus flores Magnos Sericeos duorum Cubitorum et 4tae partis 5ta Ex Linteo tenui hns flores circumcirca raros caeruleos filis argenteis intertextos Cubitorum trium. 6ta. Ex linteo tenuissimo hns flores magnos in Marginibus de filis Sericeis elaboratos, filis argenteis intertextos Cubiti Unius et 3um partium 7ma Ex linteo tenui antiqua habens in utroq margine flores Sericeos sex cubitorum duorum 8ua ex linteo tenui Antiqua hns flores rubros Sericeos circumcirca filis argenteis intertextos Cubitorum trium 9na Lintea floribus albis linteis elaborata circumcirca Cubitorum 4. 10ma ex Una parte hns flores magnos Sericeos cubitorum Semis duorum. 11ma Cubiti et quartae partis hns flores 6. Sericeos

Tobaliolas

1ma Lintea antiqua hns in utroq margine flores Sericeos 6 Sericeos cubitorum duorum 2da antiqua lintea hns in marginibus flores 6 Sericeos Cubitorum duorum. 3tia antiqua hns in Cornibus flores 4or Unum Sericeum cubiti Uniq exiguae mensurae 4ta Lintea hns flores in Cornibus Sericeos et in medio Nomen Jesu serico elaboratum Cubiti antiqua. 5ta antiqua flores in marginibus hns aureos antiquos octo per medium Consuta Cubiti Uniq et medii 6ta Lintei tenuis hns flores 6 Sericeos Magnos 4 partes filis argenteis intertextos cubiti Uniq 7ma Antiqua tenuis hns flores 4 Sericeos cubiti Unius. 8ua antiqua Circumcirca hns parvos flores Serico cum filis argenteis intertextos cubiti Uniq. 9na Lacerata hns flores 6 in marginibus Sericeos cum filis aureis et argenteis Cubiti Unius fgentibus ad Infirmos Valitura sub Corporale 10ma antiqua Lintea Margines habens circumcirca ex floribus rubeis Sericeis cubitorum trium et ejus quartae. 11ma hns flores raros Sericeos Cubitorum Semiquatuor antiqua ex linteo 12da ex linteo antiqua hns flores circumcirca magnos Sericeos in marginibus duos ordines elaboratos Cubitorum Semi 5. 13tia hns flores Sericeos magnos circumcirca nigros Cubitorum trium

Marginaria

1ma Linteo Magnis Subductum, crassiori ipsum de linteo tenui floribus Sericeis rubris elaboratum cubitorum 6 et quartae partis. 2dum Ex Linteo tenui flores hns magnos rubros Sericeos filis aureis intertextos cubitorum quatuor et Semicubiti cum fimbria Sericea parva eiusdem acus 3tium hns tres partes quarum Una habet Cubitos quinque secunda cubitos duos tertia cubitos Semitres Omnes eiusdem formae et acus habentes flores magnos Sericeos rubeos et densos filis argenteis intertextos.

Item Tobales.

12da Ex linteo tenui circumcirca floribus linteis albis elaborata Cubitorum quatuor 13tia Lintea antiqua floribus rarioribus albis elaborata Cubitorum trium 14ta prima antiqua hns flores circumcirca Sericeos cubiti Unius. 14ta hns Circumcirca flores Se

teos

res linteos albos cubitorum semiquatuor

Mappæ Altarium

1ma Lintea antiqua cubitorum sex habens circumferentias circumcirca crassiores linteas parvas. 2da Lintea antiqua habens circumferentias ex una parte linteas maiores crassiores cubitorum semiquinque. 3tia ex linteo antiqua habens circumferentias in marginibus et uno latere nobiliores linteas cubitorum semisex. 4ta ex linteo habens circumferentias nobiliores in marginibus et uno latere cubitorum semiquinque 5ta simplex antiqua sine circumferentiis cubitorum semiseptem 7ma Lintea antiqua floribus linteis circumcirca linteis in marginibus magnis elaborata cubitorum semiquatuor 8va Lintea antiqua cum circumferentiis parvis antiquis in marginibus et latere uno cubitorum semiquatuor 9na ex linteo tenui circumcirca floribus magnis et minusculis albis linteis elaborata cubitorum semiquatuor verius tobalea. 10ma Antiqua tenuis tobalea lintea circumcirca floribus linteis albis elaborata cubitorum quatuor. 11ma Mappa Lintea cubitorum quinque habens circumferentias in marginibus et latere uno. 12da mappa Lintea habens flores albos linteos magnos et circumferentias ex uno latere cubitorum sex 13tia habens circumferentias in marginibus et latere uno ex duabus partibus lintei consuta cubitorum semitrium.

Velamina pro Effigie Crucifixi

1mum ex filis linteis ad instar rete cum circumferentiis semiduorum cubitorum
Item duo velamina simpliciora cum circumferentiis.

Vela

1mum Ceruleum ex materia dicta lama Bogata cum fimbriis circumcirca argenteis et cruce in medio argentea 2dum Coloris rubri ex materia dicta Atlas cum fimbriis argenteis et crux in medio argentea 3tium Coloris rubri ex materia sericea dicta Litaylia habens flores acu frigia elaboratos de filis aureis 8 et in medio nomen JESUS simili de aureis filis acu elaboratum circumcirca funiculis de filis aureis. 4tum simili rubrum ex materia dicta Atlas magnos flores habens sericeos mixtos aureis et argenteis filis et filis dictis szych circumcirca funiculi simili mixti tribus circulis. et floribus circumcirca habens in medio nomen MARIAE inter radios de filis mixtis ut supra. 5tum Sericeum rubrum de materia dicta Litaylia circumcirca filis argenteis et aureis mediocre florisatum in medio habens nomen JESUS simili acu elaboratum. 6tum Sericeum florisatum habens Marginaria ex filis dictis Bantager et cruce in medio 7mum Sericeum habens flores nigros et fimbrias circumcirca Bantagerowe et cruce in medio. 8uum Velum album ex materia dicta nedza habens fimbrias ex filis dictis Bantager et similem cruce in medio 9num Velum album linteum floribus sericeis unum.

Bursæ rubri coloris

Bursæ ~~ex~~ sericeæ duæ antiquæ tertia noua. Palæ rubri coloris sericeæ No 6 duæ ex ysex serico dicto Axamit in quarum Una nñ IESUS in altera nñ MARIA filis argenteis elaboratum tertia ex maã dicta Atlas aurei coloris limbis marginaria et crucem ex filis argenteis. Quarta ex maã serica u prosshi limbis nñ IESUS in medio et marginaria filis aureis elaborata 5ta et 6ta ex maã serica rubra habentes cruces in medio ex filis argenteis 7ma serica opere fosculi elaborata.

Bursa alba antiqua dta ex filis aureis et argenteis. Bursa cærulea antiqua Una, Pala una alba ex materia dicta Nedza.

Bursæ Viridis Coloris duæ antiquæ ex materia simili Indigent reparatione.

Bursa Violacea Una. Bursa cum Stola ad deferendam Sacram Synaxim ad Infirmos iam nimium lacerata.

Bursa nigra nulla et Palæ nullæ.

Corporalia cum circumferentijs linteis 4 Sine circumferentijs 4. Unum in extremitatibus limbis circumducta funiculo de filis aureis.

Purificatoria

Cum circumferentijs 10 sine circumferentijs 20

Libri Ecclesiæ

Missale Unum Nouum, Missalia duo sine Patronis antiquiora. Missale Requiem Unum, Agenda alias Rituale Romanum in quarto maiori. Agendula parua Una, Liber Euangeliorum Polonicus Unus. Libri Metricorum duo

Imagines Vexilla Ceteraq Supellex Ecclesiæ.

Imago B. Michaelis Giedroyc picturæ antiquæ. Imago S. Casimiri Confess. antiqua. Vexilla duo Maiora Coloris rubri sericea lacerata # in altero ex una parte Imago Crucifixi Dni! ex altera parte Dolorosæ BV. M: Duo similia rubra minora lacerata sericea, Duo Coloris imperfecte albi sericea lacerata, Duo de Linteo Cæruleo, omnia habent fimbrias de sericeis filis. # in altero ex una parte Imago Assumptionis Gloriosæ BVM: ex altera parte Imago S. Michaëlis Archangeli.

Candelabra stannea sex Lignea deargentata duo, lignea simplicia 10

Fons Baptismalis de aurichalco. Vasa pro oleis Sacris bina.

Ampullæ Stanneæ duæ. Peluis stannea Una.

Forma ferrea pro pinsendis hostijs Una.

Vas æneum alias cacabulus pro aqua benedicta in Ecclesia asseruanda.

Emunctoria duo, ferreum Unum de aurichalco aliud. Campanulæ ad altaria 3.

Portatilia dedicata 4. Lampas ænea pensilis alias candelabrum destructum

Circulus

Ciraulus pro Efformandis Hostijs parvulus. Forfices unæ.

Chorus.

In Choro Organum alias pozytyw Stroiący Noviter reparatum.

Libri Chori

Graduale Integrum, Antiphonarium Laceratum, Martyrologium in 4to ad expositionibus

Abextra

Campanæ pro Convocando populo ad Ecclesiam Campanæ Nro 3

Inventorium Monasterij.

Monasterium cinctum area septum. Domus Prima antiqua in qua duo hypocausta cum binis Cameris inter hypocausta atrium, de hoc Atrio Culina et ad Culinam pertinens Camera. In hac Domo fenestræ maiores quinque, minores Nro 7 Ianuæ in Cardinibus ferreis Nro 11 cum requisitis ferramentis.

Altera domus Nova In qua hypocaustum cum duabus Cameris et atrium ante hypocaustum fenestræ huius domus Nro 7 Ianuæ in Cardinibus ferreis Nro 5 cum requisitis ferramentis.

Depositoria duo parva. Stabulum Unum. Portæ in Monasterio 3 duæ maiores tertia minor

Libri Monasterij.

Polianthea sine Principio

Libellus ad Confessiones

Libellus in quo instructio est Confessionis.

Metalla Monasterij.

Cacabulus parvus ad Culinam unus. Veru ferreum Unum Securis Una.

Iurium et Munimentorum alibi habetur Inventarium.

Legationes huius Conventus seu Summæ Legatæ.

In aula Polepie	Summa florenorum		1000	à quibus solvunt	fl.	128
In aula Pomemunie	Summa	fl.	200	à quibus solvunt	fl.	20
In aula Raviszki	Summa	fl.	1000	à quibus debet solvi	fl.	100
In aula Kozliszki	Summa	fl.	300	à quibus solvunt	fl.	30
In aula Ratduny	Summa	fl.	500	a quibus solvunt	fl.	50

Vilnæ super Lapideam in Sclopowka à M: Dnō Joanne Hosaiłkowski Vexillifero Wilkomiriensi et Anna Brzozowska Consorte eius fl. 3000

Apud M: D: Michaëlem Raiecki Mareschalcida Lidense habent pro Matris eius Iuridica Inscriptione obligatiua — — — fl. 400

Subditi pertinentes ad Conuentum Ponemunensem et

Primo Ciues in Oppido Ponemunie dicto.

1mus Valentinus Adamanis In Censu dat ad annū ex fundo dicto Włoka fl. 40 Custodia hyeme. Vectio circularis Omnium Vilnā siue quocunq necesse fuerit. Opus dictū gwałt donec segetes hybernæ et vernæ collectæ fuerint; Filios habet 5. Iosephum, Paulū, Nicolaū, Casimirū, Mathiam, filias; Sophia, Elisabeth, Eua, Cristina.

2dus Georgius Bilisamis Fundū habet dictū pułwłoki, Operat in septimana duos dies à Festo S: Georgij usq ad Festū S: Martini, cū Iumentis dat duos operatores, à S: Martino ad S: Georgiū unū tantū siue cū Iumentis siue pedestrē prout opus fuerit. Vectura Circularis. Censū dat fl. 5. hēt filios Christophorū, Adamū, Iacobum, Nicolaum filiā Vnam.

3tius Petrus Blaudunas ex Fundo Semilaneo, alias pułwłoki alias pułwłoki easdem habet obligationes Filios habet duos Adamū et Iosephū.

4tus Georgius Schieronis ex Fundo Semi Laneo alias pułwłoki easdem habet obligationes habet filiū Georgiū, filiā Catharinā.

Prædium Eiusdem Conuentus dictū Zguciszki

Fundi ad Prædiū spectantis Uniuersi Lanei alias Włoki 6 Granicies com in Iuribus expresse circumscriptis.

Seminatio Hyberna eiusdem Prædy

Siliginis hybernæ seminatæ tonnæ 10 et mensura dicta purr. 1.

Seminatio Verna

Auenæ seminatæ tonnæ No 5 et pars octaua.
Hordei tonna Vna — — — et tertia pars
Pisorū seminata tonna Vna et tertia pars
Ocymi tonnæ — — ½
Cannabi mensura 1. parua
Lini mensura Vna parua

Ab aduentu

Ab adventu alias ab Introitu # ad Prædium Porta magna lignea cum tegmine. secun: in exitu ad Meridiem Sæpe circa prædium.

Ædificia Prædij

Hypocaustum album ad fornacem, fenestris tribus, Camera habens Ianuam in Cardinibus ferreis, Atrium; et ex opposito hypocaustum nigrum sub uno tecto stramineo, habens ia: nuas sine Cardinibus ferreis.

Depositorium alias Granarium, habens loca 9 ad servanda frumenta, stramine tectum, ianuas habens cum Cardinibus ferreis cum sera ferrea intrinseca.

Horreum cum planicie ad excutienda frumenta, cum hypocausto nigro ad eadem exsiccanda.

Depositoria fæni alias odryny Numero 2 [illegible] magna ex sepe facta.

Hypocaustum pro asservandis oleribus cum atrio sub uno tecto.

Braxatorium habens lebetem magnum novum pro paranda Cerevisia Alterum parvum ~~ad~~ Coquendo lupulo, et Cacabulum de lamina ferrea

Vasa in Universum magna Numero 5 ad braxanda Cerevisiam spectantia

Iumenta Eiusdem Prædij et Stabula.

Stabula pro pecoribus No tria Indigent reparatione

Vaccæ lac dantes No 10 Vaccæ trium annorum No 3.
Vaccæ duorum annorum No 2. Vaccæ vitulæ huius anni No 5
Vituli huius anni — No 3 Boves magni apud subditos No 4
Equi Communitatis — No 2.
Oves senes — — No 11 Oves huius anni No — — 11
Sues in Universum mares et fæminæ — — — — No 13
Anseres senes — — No 4 Anseres huius anni — — No 6
Galinæ Senes — — No 7 Gali — — — No 2
Pulli Galinacei — — — — — — No 20
Galli Indici senes Masculus et fæmina — — — No 2
Huius anni — — — — — — — No 10
Anates senes — — No 2 Anates huius anni No 4

Villæ ad Prædium dictum spectantes.

Prima Villa dicta Stamiance

Habet Subditos in Universum 14.

1mus Jacobus Harega sedet in tertia parte fundi dicti Włoka, Operat à Festo S. Georgy ad Festũ S. Martini tres dies cũ Jumentis à Festo S. Martini usq ad Festũ S. Georgy duos dies tantũ Censũ dat annuũ ex tertia parte Lanei alias Włoda fl 3 gr 10 Ex toto laneo alias z Włoki qui illud incolunt dant Uno anno duos capones secundo anno duos anseres habet filiũ unã nñe Elisabetham.

2dus Christophorus Melwidonis habet filiũ Adamũ. Operat et Censũ dat ut primus, tertia pars lanei eius non habet Incolam Propriũ

3tius Gaspar Melwidonis habet filiũ Mathiã, tenet fundi Semi laneũ, alias pół Włoki Operarios mittit duos cũ Jumentis In septimanã per tres dies, incipiendo à Festo S. Georgy ad Festũ SS. Omniũ, iam vero à festo SS. omniũ ad Festũ Sancti Georgy: Vnũ mittit, sive cũ Jumentis sive sine ijs. Censũ dat annuũ fl 5 Vno ãno dat Caponem altero anno Anserem.

4tus Gaspar Kiesun habet filiũ Nicolaũ, fundi habet Semilaneũ, obligationes in omni eædem, quæ immediati ante eũ ex simili fundo.

5tus Jacobus Melwidonis habet filiũ Casimirũ, fundi tenet semilaneũ obligationes eædem in omnibus.

6tus Laurentius Melwidanis habet filiũ Mathiã fundi tenet semilaneum Obligationes in omni eædem.

7mus Joannes Batda habet filiũ Christophorũ, fundi tertiã partem tenet: obligationes eius et Census Vti eorũ qui tertiã partem tenent scripti superius.

8vus Vilhelmus Batha, filios habet quatuor. Joannem, Stanislaũ, Casimirũ, Georgiũ, tenet fundi tertiã partem Lanei Obligationes in omnibꝫ eædem.

9nus Mathias Tintatelis habet filios duos Nicolaũ et Casimirũ, tenet fundi tertiã partem lanei obligationes in omnibꝫ eædem.

10mus Christophorus Melwidonis habet filiã Agnetem, tenet fundi tertiam partem Lanei Obligationes in omnibꝫ eædem.

11mus Georgius Purwialis habet filiũ Joannem, tenet fundi tertiã partem Lanei Obligationes in omnibꝫ eædem.

Tertia pars Lanei non habet Propriũ Incolã.

12dus Josephus Waznialis habet filios quatuor, Joannẽ, Paulũ, Nicolaum Christophorũ habet fundi tertiã partem lanei. obligationes in omnibꝫ eædem.

13tius Andreas Waznialis adolescens adhuc, tenet fundi tertiã partem Lanei Obligationes in omnibꝫ eædem.

14tus Mathias Meluidonis habet filias sex Dorotheã, Sophiã, Euam, Elisabetham, Anastasiã, et Cristinã, Fundi tertiã partem Lanei Obligationes in omnibus eadem.

Ex semi Laneo n habente incolas suos, soluunt Censu Gaspar Kiesunas, ex una parte, Jacobus Meluidonis ex altera parte Medy Lanei.

Secunda Villa dicta Milunce

Habet Incolas sex Omnes habent fundi Semi Laneu alias put włoki

1mus Mathias Baronelis ht Fratre penes se Christophoru, ipse n habet filios, sed tantu filias tres, Anna, Marina, Elisabetham,: Frater eius Christophorus ht filios tres. Nicolau, Josephu, Stanislau. operat tres dies cu Jumentis cu altero operario suo, à Festo S: Georgij usq ad Festu SS: Omniu. à Festo auto SS: Omniu Unu tantu mittit operariu. Soluit Censum annuu fl. 5 dat uno anno capone, altero anserē.

2dus Mathias Blazelsieniz habet filios duos Michaëlem et Joannem. Item habet penes se Jacobu Kiesun, domus in qua sedet haredem adhuc adolescentem, tenet fundi semilaneu alias pultwłoki obligationes easdem.

3tius Casimirus Kiesunas habet Fratres tres; Josephu, Petru et Andream. Ipse habet filiã Sophiam tenet fundi semilaneu obligationes easdem. Hic à sex annis debebat Censu Conuentui, sed quia à Patre depauperati relicti omnes ipseq suâ curâ iam procurauit Boues, Ideo Rndmus Commissarius illi debitu donauit, sed sequentem Censu soluere debet.

4tus Joannes Walzmalis habet filios duos, Mathiam et Paulum, tenet fundi semilaneu obligationes easdem, debuit censu ab annis sex retentu. sed quia ob conflagrationem depauperatus, et testimonio totius Villæ n sit potator debitu ei dimisit Rndmus Commissarius ut melius valere possit. Futuru tamen Censu soluere debet.

5tus Stanislaus Tielsuas habet filios duos Nomen Primi Nicolaus secundi Georgius soluit Censu annuu loco operis fl. 20

6tus Adamus Kiesun Adolescens ht fratres 5. Stanislau, Casimiru, Mathiam, Nicolau, Christophoru, Ex semi Laneo soluit Censu annuu redimendo opus fl. 20

Omnes et singuli utriusq Villæ subditi ex gratia dant linu pro posse suo, Vectiones et custodias Circulares p ordinem, tu etia operationes, Uniuersales alias gwałty ad colligendas segetes tantu vernas et hyemales debent et exhibent.

Constituit Rndmus Commissarius quatenus festa diuisim obseruent, ita ut cu festa duo in septimana occurrunt, unu sit p rusticis, aliud pro Conuentu, in leuamen laboru

Anno ut supra die 22 Juny Ponderatis multis Opportunitatibus Magnorum Virorum Instantijs Rndmus Commissarius censuit dari debere Obedientiales Literas Adm Rdo Pri Raphaëli Ratkiewicz Praeposito Tuerecen ad Conventum suum reduci et redituro et quidem ex Motivis sequentibus. Imo ne diutius commorando Status Pr Raphaël in Contu Pomemunen Fratres ad rebellionem induceret, 2do ne per Nobiles aut alios Conventus divagando, schismata ulteriora promoveret 3tio ne ad latus Fundatoris Ecclesia sua sine Pastore diu Vacaret.

Rndo Pri Osieczelinski Sacellanatu ad Ecclesiam Dusiatensem ex Motivis sequentibus Imo Quia quinque Continuis Literis pro eo a Perillri M. D. Praefecto Livoniensi urgentissime expeditus fuit, cum commendatione quod sit optimus et exemplaris Religiosus. 2do quia postquam Ipsum hinc à Fribus notos aliquos ejus defectus ad se Rndmus Commissarius ad Contum Pomemunense accitaret, venit una cum eo Perillris et Rndmus Dnus Jacobus Vitpal Canonicus Livoniensis Curatus Dusiatensis, quo non concesso Instanti Pre Antonio Osieczelinski, Rndmus Commissarius sine gravi futura offensione expedire non potuit

Obedientialium datarum tenor talis atque imprimis

Adm Rndo Pri Raphaëli Ratkiewicz Ords nri Professo Praeposito Tuerecensi Nobis in Xto Dilecto salutem in Dno.

Grati ex humanitate Adm R. Pris Vrae in Conventu suo et Comitatu ad Contum Pomemunensem pergentibus nobis exhibitâ Pollicemur Omnem animi Nostri gratitudinem, Quoniam vero Festum Tutelaris Illmi Dni Joannis Felicis Pac Fundatoris nri Faventissimi proximè immineat, In Virtute Stae Obedientiae praecipimus, Adm Rndae Paternitati Vrae, quatenus pro die 24 Juny in Contu suo Tuerecensi quam summo mane compareat, Ejusque pietatem gratulantis et apprecantis Conventus sui debitam ipsodie Sti Joannis Baptistae exhibeat Datum & & & T. T.

Obedientiarum datarum Pri Osieczelinski tenor sequitur.

Religioso ac Rndo in Xto Pri Antonio Osieczelinski Ords nri Professo Salutem in Domino.

Inclinati datis ad Nos pro Rntia Vra Magnorum Nominum literis instantialibus, quatenus ad Ecclesiam Dusiatensem Cujus Perillris et Rndmus Dnus Jacobus Vitpal Canonicus Livoniensis Curatus Dusiatensis Pastor est atque Praepositus Dignissimus, Rntiam suam pro officio Sacellani dictae Ecclesiae ac Perillris et Rndi Dni Canonici Praelibati concederemus, Necesse duximus Rntiam Vram ad ministerium altaris Ecclesiae dictae applicare, et concedere, prout de facto per praesentes applicamus et concedimus, sperantes non Inane id fore pro Communi S. Ords nri bono. Hortamur Insuper Rntiam suam, et Paterne Monemus quatenus in dicto officio Sacellani, talem se sanctum, pium, et Religiosum exhibeat quomodo Deo et Nobis in visitatione nra strictam valeat reddere rationem; praesentibus a Data earum usque ad annum tantum valituris et non amplius Datum & & &

Actum Ano ut supra die 25te Juny Rndissimus Commissarius Convocatis ad pulsum Campanae more solito ad Commune Refectorium Patribus Conventus Pomemariens, Praemissisque omittendis habuit brevem de Religiosa Vita ad Fres sermonem, Quo finito, dedit Meditationes Patribus Conventus, Hortatusque est omnes et singulos quatenus spiritum suum per eas exercentes, elevatiores in spiritu fiant et sic animum suum a terrenis abstrahant et ad Caelestia dirigant sicque eos in Dno monendo secreta Scrutinia Inire declarando sessionem solvit.

Actum Ano ut supra die 26 Junij Rndissimus Commissarius Convocatis ad pulsum Campanae more solito ad Commune Refectorium Patribus Conventus, Praemissisque omittendis habuit brevem sermonem ad Fratres exhortando eos ad dicendam Veritatem super ijs super a se Interrogati extiterint: Atque imprimis Proposuit Eis Postponendum odium, ne quid ex Malitia dicant, sed omnia proferant Intendentes Gloriam Dei in Fratre emendato, et salutem ejus qui est corrigendus: Ne ob timorem denegent Veritatem, scientes hoc totum esse sub secreto quidquid deponent, Eumque qui in se pro detecto peccato suo Vindicare praesumeret, a Sacro Ordine graviter puniendum, Ita; Ut tanquam pestis sui et aliorum tota vita sua non Valeat nocere sibi: Ne accipiant munera, ex quibus possent velamen facere Veritati, quia futuri Nocentes ut Judas, qui propter modicum precium venderent Christum et sacram Religionem: Ne amore Carnali, bonum obedientiae et amorem extinguerent spiritualem; et propter Privatas amicitias toti nocerent Communitati, quod Infallibiliter fieret, si peccatum aliquod sive Provinciae suae Fratribus nocens, aut nociturum scientes non Indicarent. Quare Excommunicatione eos innodavit et Compulit ad dicendam Veritatem secundum Interrogatoria sequentia: Neque decipientes se in actu praesentis Inquisitionis, absolutionis In fine Visitationis fieri solitae participes fore declaravit, nisi perjurium suum lamentabiliter accusarent, et Congruam subirent poenitentiam.

Interrogatoria

1mum Utrum satisfiat obligationibus Fundatorum tam in missis quam in cursu B.V.M. absolvendis?

2dum Utrum aliquo die officium Divinum non sit intermissum et missa, Capite Festo?

3tium Utrum non sit neglectus in Administratione Sacramentorum?

4tum Utrum examina et horas Canonicas in Ecclesia absolvant quotidie?

5tum U: Rs Praepositus erudiat Fres suos in spiritualibus, ijsque provideat in temporalibus?

6tum U: obediatur Rdo Praeposito secundum Regulam?

7mum U: Compotationes et ebrietates vitentur?

8uum U: Non sint aliquae Conspirationes circa Infulam Pris Ri Dyrij?

#

9num: Quare Ecclesia n sit huicusque perfecta?
10mum Quare Cantor penes Ecclesiam n sit qui Parochiales Ceremonias impleat?
11mum V: num sit aliquid per aliquem neglectum ab Ecclesia vel Conventu alienatum?
12dum Quare duo annuli aurei ex Imagine BVM: dependerunt oblati A° 1692

Pres huius Conventus
1mus Adm R P Martinus Kopec Prpptus Primemunensis
2dus R P Augustinus Woytkiewicz Vice praepositus hic decumbit.
3tius R P Gabriel Pietkiewicz
4tus R Pr Petrus Sudyna.
5tus R Pr Philippus Tur.

Atque imprimis Vocatus R Pr Philippus Tur. Interrogatus ad 1mum. R. Nunquam intermitti omnes obligationes, quando Fratres desunt tunc ego soleo absolvere ad Seculari homine Vno, Interrogatus quare Fres omnes n solent adesse Choro. Rndit aliquando ad Infirmos discedunt, aliquando ad Filias distribuuntur, aliquando quod et saepissime fit ad aulas cum Missis abeunt. Deinde in Ecclesia propria diebus festis tantum Vna solet esse missa. Interrogatus an est aliquod Beneficium ex eo quod ad aulas descendunt. R nullum haberi. Interrogatus an ex filiabus esset aliquis Proventus ad Conventum? Rndit ex Ecclesia dicta Kwetki sol ad Conventum in annum 30 fl R ex Ecclesia Kwetki dicta nihil solvi, sed tantum stren causa superintendere Ecclesiis illi. ad 2dum Interrogatus R semper absolvi sed ad 3tium R. Nullum neglectum Inveni ad 4tum R. Examina et horas Canonicas huiusque n absolvi ad 5tum. R In spiritualibus nulla a superiori instructione, et temporalia nulla ab eodem dari. ad 6tum R Praepositus omnes obedire. ad 7mum R Prem Priorem saepe gravari crapula et a meridie usque ad vesperam dormire. ad 8uum R Pr Woytkiewicz statim post Capitulum veniens hic in Conventum dixit Pr Midynus adhuc est Rndmus Nr Infulatus, et tempore Comitiorum Regni Generalium coram Nobilitate omni talia dicebat adhuc Pr Midynus est Infulatus. Insuper haec ex ore eius audivi In Capitulo Eminentissimo proposui in eodem Epicamento esse Abbates Episcopos, Archiepiscopos, et Cardinales, ideoque non posse eum Infula privari, pro quo gratias mihi egerunt omnes Patres Capitulares. Haec Insuper ex ore eius audivi dicentis: spero me futurum hominem ex promotione Eius. Interrogatus an non habuit aliquas Pr Woytkiewicz Machinationes et correspondentias cum Patre Midynio? R: Legi literas Pris Midynij ad Prem Augustinum scriptas, in quibus invitabat eum ad correspondendum sibi: statimque ut primo rescivit Pr Augustinus Prem Midynium esse apud Dnum Chlewinski, eo profectus triduo in Consilijs cum eo mansit. ad 9num R audivi Rm Praepositum dicentem n habere se sumptum ad perficiendam Ecclesiam. ad 10mum R quia huiusque n habuerunt unde eum acquirerent ad 11mum ad 11mum: Rs nescit ad 12dum Rs quasi unus periret sub Sacrista Pre Markowski, de altero autem nescit.

Insuper Conquestus est contra Prem Zaylicki quod veniens ex Capitulo minatus sit mihi Carceres apud Prem Mrzynium coram hominibus Secularibus. Pr Jacobus Philippus Tur mpp

2dus Vocatus Pr Petrus Suzyna ad 1mum Rs nunquam fuisse Tertias suas omissas nisi tantum ipso Die Nativitatis S. Joannis Bapt. melius recitaverint, eo quod adhuc Matutinas non absolverint. ad 2dum nescit ad 3tium nescit ad 4tum huiusmodi non fuisse. ad 5tum nescit ad 6tum Rs semper omnem ei exhiberi reverentiam et obedientiam ad 7mum Rs nihil enormiter fieri. ad 8uum Rs ut veniat Conventum istum, audivi a Patre Augustino hoc a me Interrogante. Benefactor noster Infulatus quomodo valet,! et scio quod ipse per postam Lupiscensem ei correspondeat, quod sciens dedit, quia semper puerum cum posta Lupiscensi mittit. ad 9num nescit ad 10mum nescit ad 11mum nescit ad 12dum scio fuisse annulos sub tempus residentiae Pris Ralewicz quare autem deperierint nescit Pr Petrus Suzyna mpp

3tius Vocatus Pr Gabriel Pietkiewicz ad 1mum Rs semper impleri obligationes omnes ad 2dum Rs semper esse missam, die festo autem aliquando unam aliquando duas, diebus profestis tantum unam absolvi propter carentiam Vini. ad 3tium Rs nullum esse neglectum. ad 4tum Rs Examina et horas Canonicas non fuisse ad 5tum Rs nullas a Pre Praeposito Spirituales doctrinas habere, necessaria vero dixit se per sex annos nulla prorsus data esse sibi, quamvis multa bona Mater Parens sua faciat huic Conventui ad 6tum Rs ab omnibus obedientiam praestari ad 7mum nescit ad 8uum Rs quadam vice colloquendo cum Pre Augustino de Infula hoc ab ipso responsa audivi Sicut erat ita et est Infulatus Pr Kisymius, cum rubore suo reddent ei Infulam, et erit Generalis noster; Proficiebatque ad Patrem Kisymium ad fuit apud Dnum Chlewinski ad 9num Rs forte expectat Pr Praepositus ut aliquis det pro Continuatione ad 10mum Rs multos esse homines in Conventu inutiles et nescio quare Pr Praepositus hunc non habeat Utilem. ad 11mum Rs nescio aliud praeter hoc, quia Dnus Krasinski Legaverit ad Ecclesiam istam quadringentos florenos; qui pro Censu reemptionali dati erant a Pre de Sensski M. Dno Marschalko Lidensi a quo Cum Pater Praepositus censum recipere non posset, audivi quod ex Capitali Summa ducentos florenos acceperit ab eodem, cuius aliud Insumptionem dederit. Insuper apposuit esse legatum Lanew fundi a Dna nobili quadam Ecclesiae huic a quo cum Damno Conventus tantum quinque solvunt floreni et amplius nihil.

12dum Rs plura damna fuisse ante Capitulum ut puto in ablatione Monstrantiae antiqui a Michaele Malachowicz cum scandalo Secularium, unde sub id tempus poterant perisse et annuli In tanto disordine Pr Gabriel Pietkiewicz m.p.

4tus Vocatus A. R. Pr Praepositus loci ad 1mum Resp. obligationes
semper impleri. Curam an aliquot vicibus esse intermissum. ad 2dum Resp. semper Missa
diebus festis esse aliquando una absolui. ad 3tium Resp. omne curam adhiberi. ad 4tum
Resp. hoc non obseruari. ad 5tum Resp. praestitisse necessaria ante Capitulum apud se
manentibus, fassus autem quod non dederit quidquam de necessarijs Pri Pietkiewicz ad 6tum
Resp. omnem sibi exhiberi honorem et reverentiam ad 7mum Resp. scandalositates et ine-
tates nullas esse contingere tamen aliquando apud Plene factores tractari Fratres et me ipsum
ad 8uum Nescit. ad 9num Resp. ante Capitulum fuisse se in Magnoturno
bine post Capitulum tamen spopondit se curare pro posse suo. ad 10mum Resp. Curare se non acquirere censum posse. ad 11mum Nescit. ad 12dum Nescit.

Fr. Martinus Korecki
Ord. Can. Reg. ...

Quibus ita auditis censuit Rndmus Commissarius ante ferenda decreta inuo-
cari debere omnes Patres quibus praesentibus in nulla pro hoc Conventu necessaria in-
terrogaret et decideret Quos vocauit et congregauit in eorumque praesentia haec proposuit
Quibus congregatis Interrogauit Rndmus Commissarius Patrem Praepositum de summa
existente apud M. D. Raiecki. Cui Rndit fuit summa 400 flor. apud Dnum Ra-
iecki ad Ecclesiam hanc legata, a qua dabat censum antecedaneis meis Dnus Raiecki, mihi
per integros Annos nescio cum instinctu neque solidum dare voluit, cui cum quando vide
ad Capitulum pergens ipsius insistendo molestior fierem, de reddendo censu, quem cum reddere
nollet ex Capitali summa pergens ad Capitulum ducentos florenos accepi et inscri-
ptionem mutaui. Interrogauit eundem Rndmus Commissarius an detentum censum
donaret Dno Raiecki? Resp. nequaquam se donauisse. Interrogauit insuper Rndmus
Commissarius quali iure dictam summam teneat Dnus Raiecki? Resp. Mutuo accepit a
Patre de Sensili summam istam et solum chartam dedit dictam oblig.
Interrogauit eundem Rndmus Commissarius an non haberet alia desideria Conventus
sui sibi proponenda? Resp. Pr Gaylicki discedens ab hac Praepositura in qua ante me
Praepositus fuit, commendauit mihi detenti census apud M. Joannem Obrebski
ad Ecclesiam suam pertinentes flor. polon. 200 quos huiusque ut suspiciat Pr facho-
nes Pris Gaylicki recuperare non potui esseque apud eundem Dnum detentos sibi debitos
100 florenos. Insuper apposuit idem Pr Praepositus conquerendo contra M.
D. Josephum Obrebski eo, quod ipse impediat aedificare domum organariam in fundo
Ecclesiae Sonnenmunensis

Quibus auditis ad visitandas Celas Patrum processit
Atque imprimis, Infirmum Pre Woythiewicz quem in Conuale Scole reperit eiusque Celam
pote supponendo de bona religiositate scripta et supellectilem sine metu turbationis et

alterationis sub

Alterandis sui visitare posset, tamen metuendo maliciam, quod potest invertere sensum et maxime cum sit particeps schysmatis et Machinationis Ni Zymianis, visitationem eius in aliud tempus reposuit. In Cellis aliorum Patrum habitacula misera et Omne maiestate reperit

Interrogavit Rndmus Commissarius Pre Prepositum sub poena defraudationis visitationis sub si aliquas literas a Patre Ni Zymio vel ad se, vel ad Fratres suos datas in quibus schisma Machinationum in conspirationem continerent, non haberet, vel de illis nesciret? Respondit cum Juramento se neque habere neque scire. Habuisse fassus est unas a Patre Ni Zymio literas per manus Patris Woythiewicz easque ab eodem Pre Woythiewicz dixit laceratas esse vel combustas. Ad verificandum dictum istud Rndmus Commissarius misit ad Prem Woythiewicz duos Conventus Patres scilicet Prem Piethiewicz et Prem Tur quatenus Interrogarent eum de literis dictis, qui regressi dixerunt, negasse Prem Woythiewicz aliquas literas Ni Zymianas ad Prem Prepositum datas se vidisse, et de iis audivisse. Adque P. Prepositus dixit palam coram Patribus recepisse se literas a Patre Woythiewicz scriptas ad se a Patre Ni Zymio eique opposuit mendacium in eo puncto. Volens Rndmus Commissarius quoniam de Conscientia et fide Fratrum agebatur publica, secundario ad Prem Woythiewicz me Secretarium suum cum Pre Pudzyna sub ysdem ab eo Interrogandis misit, qui respondit per Conscientiam, per animam et per Deum Vivum Jura nullas me vidisse et habuisse eiusmodi literas. Quibus auditis Rndmus Commissarius tertia vice ad eundem Patrem ipse cum toto conventu convincendum de mendacio et de fraudatione visitationis suae ire statuerat, sed in tam malicioso homine alterationem causare timens, tertio nec ipse ivit, nec alios misit certum cum habeat testes quod ipse literas easdem Ad Pri Prepto attulerit, viderit, palpaverit, et legerit. Nempe ipsum A. R. Pre Prepositum secundum R. P. Gabrielem Piethiewicz Item R. P. Philippum Tur quod P. Woythiewicz de dictis literis sciverit easque attulerit et A. R. P. Preposito dederit. Satis ad probandum hunc casum probatum esse advenerit maxime quod dicti Pres eam circumstantiam vitae eius recordantes una voce dixerint quod tunc vera mala fuit, quando P. Woythiewicz ad Prem Ni Zymium pergebat.

Quoniam Adm Rndus Pr Secretarius Ordinis praesentium Secretarius debilitate Sanitatis affectus praesentem visitationis actum in toto connotare non potuit, Ideo Rndissimus Commissarius viso eo, quod ulterius moram facere non possit in peragenda Provinciae Lituanae Visitatione dictoque Adm Rndo Pri Secretario suo necessarium sit spatium aliquod hebdomadarium ad restaurandam Sanitatem suam concedendum et indulgendum, necesse advenit visitationem Conventuum Nieminensis et Wedenilensis tantisper suspendendam, donec Adm Rndus Pr Secretarius suus melius se haberet, prout de facto praesenti decreto suo ob supra scriptas rationes dictorum Conventuum Visitationem ad convalescentiam Pris Secretarii differt et suspendit.

Ut autem inchoata et propè ad finem perducta Ecclesia et Conventus Poniemunensis Visitatio ad finem suam pervenire possit et valeat, habito respectu egritudinis Adm Rndi Pris Secretarij Sui, in praesentia Prum Conventualium ad connotationem Decretorum circa Visitationem Conventus Poniemunensis ferendorum me Prem Philippum Sur in notarium eorundem Decretorum voce clara assignavit, elegit et assumpsit prout praesenti Decreto suo assignat, eligit et assumit, praesente adhuc Adm Rndo Pre Secretario suo egrotante et toto Conventu.

Descendere volens Reverendissimus Commissarius ad desideria Patrum Conventus Admo excepit querelam Patris Kopei Praepti loci huius contra factam contra Prem Augustinum Hagerla injurijs punctis sibi expositam et praesentatam. Primo quia Pr Hagerla divulgaverit se coram nobilibus quasi ipse infirmitate sua Daemoni se reddideret et sanguine id consignasset, inquo volens se expurgare Pr Kopei addidit Rndissimo Commissario Agendulam parvam in qua rubeis litteris scriptum erat: Nomen Jesus Maria Joseph, dicendo cum magno dolore quod Pr Hagerla tam se immisericorditer accusaverit, quia ego in debilitate mea haec solum verba et non alia coloribus quibus tunc currus meus pingebatur scripsi. Accusavit 2do eundem Prem Hagerla quia ille coram saecularibus hominibus de sacra Religione mala evomuerit, dicendo, quod omnes Ordinis Nri Pres sint in Inferno et quod omnes male moriantur, et quia idem Pr Hagerla sub tempus Capituli Generalis ad Ecclam Poniemunensem Dominicanos inducere voluerit, dicendo coram nobilitate iam nos ad Dominicanos transferemur, haec audiens Pr Commissarius et multa ab alijs enormia quibus Pr Kopei contra Prem Hagerla assentiebat, eum, ad probationem supra dictorum contra Prem Hagerla descendere iussit, quod Pr Kopei in praesentia Pm stu esse asseruit eum tamen ulteriori probatione convincere noluit, quem neque Rndissimus Commissarius ob certa motiva prudentialia cogere ad probandum noluit, quamvis de facto eum cogere potuisset si non certos respectus boni communis haberet, sed Decreto circa eum definiendo necesse advenit.

Ad procedendum ulterius vocato Rndissimus Commissarius Prem Praeposito, eum coram omnibus Pribus clara voce convenit, ostendendo illi agendulam ab ipso sibi praesentatam quod scriptum est in ipsa Theca agendae tenoris huius suprascripto anni talis 1692 Fe: 22 infra hanc subscriptionem tenoris talis Jesus Maria Joseph Przydzyn się do Nom Swey Przenaswietszey zamna Sluga nie godny aby Bog moy nie karał srogo subscriptio talis X Marcin Ko et respondit Pr Praepositus in praesentia Omnium Ita est ego sponte hoc obtuli et accusavi. Quam Agendulam Rndissimus

Commissarius ad se recepit eamq ad tempus debitum reservavit.

Pres Conventus adjecerunt rogando Prem Praepositum in praesentia Illmi Commissarij quatenus lotrix, hi vulgus, de communi, Portiones Religiosa in cibo et potu stentur insuper et necessaria sibi a Pre Praeposito

Quibus ita auditis propositis atq prout supra continentur sibi probatis et deductis, Illmus Commissarius omnibus et singulis bonis Conventus et personarum eius providendo, malis autem quantum ex se est obviando praesentia sancita tulit et decrevit prout de facto fert atq decernit

DECRETA

1mum Circa Ecclesiam ab extra.

Mandamus Adm Rdo Pri Praeposito moderno et sub poena depositionis ab officio eidem praecipimus quatenus Sacristiam eam bene coeptam muratam ante hyemem perficiat partem Ecclesiae stramine tectam et multis foraminibus in tecto laceratam curet quantocius tegulis ligneis tegi, ne altaria ob stillicidium putrefiant et fornices pro sepultura Xti fidelium muratae magis atq magis corruant.

Circa Ecclesiam ab intra

Quoniam Parochia haec omnium Ordinis nri Parochiarum est excellentissima ut pote crebra nobilitate elemosinis ex oblatione frequentibus ditata, pietate Xti fidelium circum circa benefacere volentium atq valentium dotata, curet Pr Praepositus quatenus tectum superius ex asseribus et pavimentum, tum etiam scamna maioris chori ad futuram usitationem nram facere atq extruere procuret. Sub poena privationis Officij. Circa Sacristiam prohibemus Pribus casulas et apparamenta pleniora quotidiano usu atterere et quoniam haec omnia in paucitate habent; non nisi diebus solemnioribus ad usum extradere permittimus sub poena gravis culpae per triduum. Sive Pri Sacristae ea non necessario extradenti sive alteri Pri importune eadem requirenti infligenda.

Circa Chorum

Libri chori ut pote Graduale et Antiphonarium neglectum, et solo ut constat abusu destructum quantocius reparet; Cantor propter absolvendas ceremonias iuxta rubricam Romanae Ecclesiae propter usum Parochialium Ecclesiarum a Pre Praeposito sit conductus, et penes Ecclesiam habitus sub poena privationis ab officio. Turpe enim est et nimis scandalosum in tanta ac tali Parochia, Ecclesiae sine decentia cantus choralis praesertim cum Pres Conventus huius cantum Choralem nesciant.

Circa

+

Circa Officium Divinum In Ecclesia

Non est magis noxium, qm Religiosos Viros, cu in Conventu aliquo eorum reperiantur tædio atq otio consumi neq magis quid scandalosum in populo, qm cu aliquot fratres sæculo mortui atq in unu locu pro servitio Dei congregati neq Orationes Deo persolvant neq obligationes Statu suo ligantes adimpleant, hinc est quia serio et sub pœna gravioris culpæ omnibus et singulis huius Conventus Patribus infallibiliter incurrenda præcipimus quatenus Orationem mentalem Vespere ac mane ad pulsum campanæ in Eccla congregati Pres absolvant. Horas Canonicas, Vesperas diei, et Matutinas iuxta ordinem temporis hyemalis et verni insimul in Eccla dicant easq diebus duplicibus in prima et Vesperis decantent, pausam et gravitatem chori servando: Et quia diebus festivis et Dominicis ad alias Ecclas divertere solent, ideo primo hæc in Ecclesia sua propria peragant, ad horas ad cursum BV: hora quarta surgant, eoq dicto Primam diei diebus festivis decantent, ferialibus et n duplicibus, in verbo dicant hora quinta Missam primam absolvant: cum autem oes eodie fuerint domi, Primam diei, et Terciam post primum sacrum absolvent, post primum et terciam 2dum sacrum celebret, n inferius qm hora septima, post secundum sacrum habeat cathechismus Lituanicus propter plebem, post quem interposita mora, hora media ad decima pro missa Conventuali pulset, in cuius medio Concio Polonica propter darcus advenientes Nobiles habeat, neq id mirum sit Pribus huius Conventus, cum in omnibus Ecclesiis tam sæcularibus qm Regularibus v maxime Canonicis ubi aliquot Presbyteri degunt hic ordo officij Divini conservetur, per qm devotio fidelium ad loca eorum augeatur; Cæterum si ex quo cunq urgenti casu contigerit horam assignatam immutari, eam sub peccato mortali n obligamus (si negligentia v contemptus abfuerit) Sed tm requirimus ut officium Divinum et Missarum officia suo ordine eant, nec ullo modo intermittantur: Si quidem hinc magnum Speramus Sacro Ordini et huic loco emolumentum, dum Fres huius Conventus devotionem et cultum Dei quantum possunt promoverint. Quo facilius eis eveniat dispositionem devotionis, qmvis nos ubi collegium horarum perscriptionem absolvi posse adinvenimus, eam tamen habentes respectum novæ emergentiæ legitimæ, condescentiæ atq diligentiæ Pris Præpos in toto committimus.- Caveat tn̄ P. Praepositus, ne sua culpa, Divina negligant, et per id incrementa huius Conventus impediant sub poena inhabilitatis ad officia ordinis obeunda.

Circa Imaginem B. Virginis.

Quamvis P. Praepositus negligens repertus fuerit in officio suo, eo quod existens custos Sponsae ideo Ecclae suae non curaverit in ea, exerceri Officium Pastorale maximè negligendo sepius revidere Imaginem B. Virginis, eamque succedentibus Sacristis una cum Inventorio rei pere ap porrigere, per quod privationem Officij ipso facto incurrit et ad id ut potè nesciens et scire nolens quid in Domo Dei agatur, per alienationem annulorum duorum aureorum, pro anathemate B.V: oblatorum hucusque a se ignoratam et incognitam inhabilis per omne tempus inventus fuerit. Nos tn̄ cum illo Pr̄e procedentes, eum de diligentia circa Imaginem B.V. maxime hortamur et admonemus, poenasque eius quas promeruit pro commissa negligentia ad futuram emendationem semel tm̄ a nobis probandam suspendimus.

Circa Filias Ecclae Ponilmunen.

Videntur hae particulares Ecclae nimis exiguum fructum Matrici suae inferre, propter quarum enictam custodiam ipsa Mater Eccla Ponilmunensis Ornatu suo privatur, quando, proficiscuntur ad filias Praesbyteri vix unum Sacerdotem penes Ecclam propriam relilinquunt in qua volentes confiteri Christi Fideles, et plura sacra quam unum audire sufficientiam suam in propria Eccla non habeant, Chorus dirimatur, ordo Officij Divini necessario immutetur, et pro modico bono incerto omne huius Conventus bonum certum et possessum pene sit neglectum et distractum, ideo censuit Rndissimus Commissarius illas Capellas Sacellanos ordinis Nri penes se servare debere servato numero Prum Conventus Ponilmunens. Quod quia definire sibi periculosum est Rndissimus Commissarius absolutissimo iudicio Eminentissimi Principis Dni sui Clementissimi in toto subijcit et reservat.

Circa Sacellanos diebus Sollennioribus ad Domos privatas et diebus Festivis mittendos

Quoniam in hoc adhuc stante Schismate quod occultis viribus Sacram religionem aggredi attentat, periculosum est eiusmodi Sacella nos Rndissimo Commi

sario

Sacro prohibere ne vis maligna eosdē ad quos prohibendi sut contra se incite aut commoueat: neqʒ ex altera pte ullus sit conuentui ex missionibq hisce Pat fructus, neqʒ illi qui Sacellanos vocant plus qm milliari ab Eccla Sua horæ vi distant Reuerendissimus Commissarius totū hoc Judicio Eminentissimi Principis Dni Sui Clementissimi reseruat, Et Sacellanorū missionem iudicio Adm Rndo Pris Præpositi committit.

Circa Monasteriū ad Intra

Seruent Pres Silentium mane vsqʒ ad examen Vespere post examen. circa

Circa Ordinem Patrum ad Diuina

Habeatʒ Tabula in Refectorio in qua scribantʒ nomina Prum ordine suo et ordo missarum et Hebdomadarij vnus chori, alter curæ animarū.

In Sacristia habeatʒ similiter Tabula in qua Scribantʒ Missæ ex elemosinis oblatæ ut Ordine suo absolui possint. Habeatʒ insuper Tabula conscriptæ Obligationū Perpetuarū, et Tabula Frum in Prouincia Mortuorū

Circa cibum et Potum

Detʒ Fribq in Prandio trina Porcio honesta sufficiens et Religiosa et media olla cereuisiæ in prandio et media olla vesperi Diebq vo Sollemniribus Pr Præpositus pro sua prudentia reficiat honeste et Rliosè. Fratres uero meminerint egestatis huius Loci

Circa Oblationes Fidelium ad Altare

Sit Registrum Singulare in quo conscribatʒ quid oblatū fuerit à Fidelibus nempe Vituli, oues, anseres, galinæ, Sues, casei, et butyrum vt ita visis in Contu Dei beneficijs percepta oblationis qtates Contus Subscribatʒ et pro Benefactoribus hæc offerentibus Siue iuxta proportioné elemosinæ mensis, Siue Oratio communis instituatʒ Siue missa vna et altera ordinetʒ

Circa cistam Communem

Quoniam in hoc Contu quinqʒ resident Præsbyteri ideoqʒ iuxta Constitutiones ordinis cistā communē et clauarios constituimq, in qua ponantʒ elemosinæ et et census contûs ordinarij iuxta puncta iā à nobis anterius data

Circa

Circa Elemosinas Promissis Oblatas Proventus alios ex accidentibus Ecclæ.

Mandamus omnib. et singulis huius Conventus Pribus quatenus elemosinas promissis, proventq. ex accidentibus Eccla quoscunq. strenas insuper et oblationes Chri fidelium pecuniarias, in communem cistam reponant, eamq. in præsentia sui aperiant et Registra oblatorum subscribant quoniam vita communis in quatuor capitulis est nobis instituta et confirmata. Iam vero crudele ab uno omnia devorari, et cæteros plus laborantes nihil ex eo participare. Quare accidentia hæc Pribus pro necessariis iure debere assignemus. Census vero Ordinarios pro aliis Contus necessitatibus, cum scitu Pris conttus expendi præcipimus.

Circa Census Detentos.

Mandamus Pri Præposito sub pœna privationis Officio et aliis in futura visitatione nra sibi irremissibilr infligendis, quatenus census detentos Contus sui curet recuperari. Detentores eorum iure compellendo.

Circa Ducentos Florenos Sumæ Capitalis a Dno Plaieczki Per Prem Præpositum Perceptos.

Serio præcipimus Pri Præposito, quatenus ducentum sibi a Dno Plaieczki iure vindicet Iam vero Lesam capitalē Summā sine necessitate ducentorum florenq. in toto restituat eamq. a Dno Placzki retenet, et securiori inscriptioni super bonis mundis iure inscribi ac firmari melius procuret sub pœnis rigidissimis

Circa Domum quam noviter In fundo Ecclæ sua ædificat.

Perficiat domum inceptam Pr Præpositus et quoniam propinam ab antiquo et immemorabili tempore libera Contus fuit neq. iure expresso sit prohibita eam per personam Secularem honestam libere exerceat et in domo eo manu ne converti faciat.

Circa Mendacium P̃ris Augustini Hoytkiewicz eiusq Decretis Capituli recalcitrationem

Quoniam constat quod Pr. Hilinus procuret Schisma in sacro ordine iterum attentat antiquas disordines et rebelliones parat vias abicionis suae ad futurum in Sacro Ordine Generalatum invadendum, Ceterumq a se toties sacro ordini causata damna perpetratas enormitates culpas et scelera per ambitum prohibitum in capitulo atq insolentem infulae indebitae atq antea invasa, iterum atq iterum attentat quod est cum laesione illibatae authoritatis Eminentissimi Principis Dni Nri Clementissimi cuius factionis magna pars Pr. Hoytkiewicz, eamq ad defraudandam visitationem praelatis spreta coram in carne ante inquisitione a nobis lata et fulminata, oblitus timoris Dei propter conservandam in corde suo maliciam negando literas a P̃re Hilinio ad P̃rem Praepositum per se datas malam et manifeste inclinatus ad periurium repertus fuerit. Ideoq Rndissimus Commissarius consulendo bono pacis publicae Ord: Sacri et saluti animae eius dictum P̃rem Augustinum Hoytkiewicz ob commissum in sacram Religionem et authoritatem Eminentissimi Principis Dni Nri Clementissimi crimen eum Schismaticum et destructorem Sacri Ord: declarat omni officio et gradu tum etiam voce activa et passiva in Sacra Religione usq in perpetuum privat a loco hoc ubi ovem morbidam et pestiferam ad ergastulum aliquem per totum triennium pro agenda poenitentia segregat et amovet in locum eius alium Vice Praepositum et Concionatorem Conventus huius provideri debere decernit, eumq toto triennio poenae gravioris culpae usq ad triennium obnoxium esse declarat praesenti Decreto suo mediante. Executionem latarum paenarum ad decisionem Eminentissimi Principis Dni Nri Clementissimi suspendit nihilominus

Circa P̃rem Praepositum

Quoniam Pr Praepositus videtur laesisse Eminentissimum Principem et totius Sacri Ord: in Praesentia Nra P̃re Nagorka de tot enormibus accusando et postea accusationes suas probare nolendo, ideo culpa sua et poenae gravis et gravissimae ad decisionem Eminentissimi Principis in toto re

servat

Circa Subditos metu Pris Praepti expulsos.

Reduci eundem Subditu qui ex metu Pris Praepti effugeret nihil=omnino fiat.

Circa Subditos tenentes agros vacuos.

Semi Laneum illud Subditis nunc tenentibus, eo usq tenere concedimus quo usq alij non fuerint qui in illo collocari possint. Dum vero censum ex eo semilaneo dabunt sicut alibi dari solet.

Laneus vero ille a quadam nobili ad Ecclam Pommunensem legatus vni aut duobus Subditis detur, ut vtrum exiguum seddolitum fructum Conventui et Ecclae facere possit

Subditus a Magnifico Dno Bartoszewski ad Ecclam hanc legatus relicta antiqua Inventoria Instituto conservetur, neq ei plus quidquam gravaminis addatur donec à nobis negotium istud melius Inspecturis aliud declaratum fuerit.

Quibus ita Statutis Sancitis atq Decretis Reverendissimus Commissarius omnes et singulos huius Conventus Pres inviolabiter servandis et observandis adstringit. sub poenis rigidissimis.

Pro culpis vero Praesentis huius Conventus communi dictis et melius Deo quam sibi cognitis, ut eis poenitentibus propitius esset Dator gratiae et Gloriae, assignavit; omnibus et singulis Psalmos Poenitentiales semel dicere atq tres disciplinas in communi ferijs 6tis et 4tis ad implere pro Defunctis. Sicque praesentem Visitationis actum, data eis Generali absolutione, servato tamen deceptionis suae in hac visitatione casu, omnibus largiendo, Deo adiuvante, ad eius aeternam ac Sanctissimae Matris Gloriam ad bonum Sacri Ordinis et profectum in Spiritu et Virtute Conventus huius finivit

Et ego Pr Philippus Iuramentum praestiti per verbum iuro quia non revelabo, quaecunq hic audivi et scripsi In quorum fidem manum mea subscribo Pr Jacobus Philippus Turm

Ab Praedium Zysnowka quod erat in possesione Conventus Cracoviensis Sti Mariae Evang: Can: Regu: de Poena plus quam ducentis Annis ablatum est An. 1781. et Convolutum ad Conventum Trecinensem sine omni Causa.
Pr. Adrianus Brenkalski

Poniemun

Quoniam in tanta Silva reformationum impossibile erat omnia memoriae te
nere, ideo revocando ea in memoriam Pr Commissarius hic in crastinum, post
celebrationem Missarum circa complementum Visitationis suae necessa
ria decreta tulit, et Patribus Conventus promulgavit.

Circa Prem Praepositum.

Quoniam Pr Praepositus, per alienationem summae capitalis ducento
rum florenorum, damnificationis notabilis reus esse convincitur, et ci
ca deperditionem annulorum aureorum ex Imagine Sstmae Virginis
gravis negligentiae arguitur eo, quod constet eum sacras sine ullo Ordin
debito suscepisse, et absolvisse, neque unquam imaginem Sstmae Virgin
revidisse, insuper, monenti se paterne Pri Commissario, ne in aliquas con
spirationes contra Ordinem iniret, ausus sit verbo molesto respondere, et
immodeste nimis, per quod poenam gravioris culpae manifeste incurrit,
eum Pr Commissarius pro alienatione summae dictae, et negligentia supina ci
ca attentionem Ecclesiae, inhabilem ad Officium Praepositi obeundum eo ad
venit, pro eo autem, quod sibi paterne exhortanti durius (uti notabili
suspicio est) ex Pris Hoyţkiewicz suggestu responderit, rebellem e
declaravit, et ab officio Praepositurae amovendum censuit. Executio tan
gentis Decreti ad Declarationem Eminentissimi Principis Ordi
suspendit

Circa Registra.

Revisionem Registrorum Pris Praepositi, in aliud tempus
commodius reposuit.

Circa Correspondentias.

Monemus, exhortamur et obsecramus per viscera Xti Reo
Conventus huius, quatenus nullas habeant cum personis in Sacro
Ordine ambitiosis et inquietis, correspondentias, longe magis cave
scribere ad invicem, in materia Schismatis aut conspirationis, a
futuri Generalatus, quia hoc quam sit crudele, satis potentis experti
mus annis, ingentia hinc in Sacro Ordine ferendo mala. Sci
fautores, cuiuscunque illi gradus, aut officii fuerint poena gra

Schismatici

Schismaticis et destructoribus Sacri Ordinis debet, atque insuper carceris tribunalis sessione eos assumimus, assumique debere decernimus

Circa Personas in Conventu non necessarias

Nullus audeat ex Patribus praeter solum Praepositum, famulos, aut pueros in Conventu habere, cum hoc sit illis minus necessarium, et magis periculosum pro indigentia ministerij, sit aliquis honestus homo in communi, qui Patribus instantes necessitates eorum valeat instruere, Infirmis vero maxime quorum ut quisque sua cura habeat: Patri Praeposito serio praecipimus

Circa Cirurgum et Lotricem

Cirurgum et Lotricem Pater Praepositus de communi Patribus provideat, ut in tempore oportuno radi et honeste vitando sordiciem indui possint.

Anno Domini 1693 Cum vero xv Augusti Illustrissimus Commissarius inhaerendo Decretis suis sub tempus Visitationis suae in Conventu Twlrecensi latis, personam Patris Raphaëlis Radzilewicz Praepositi Twlrecensis concernentibus latis descendit ad Conventum Twlrecensem, in eoque susceptam inquisitionem circa incontinentem vitam dicti Patris Radzilewicz, ex motivis vel maxime quod ipse post visitationem Illustrissimi Commissarij, non tandem se non emendaverit, sed ad eadem rediens peiora commiserit per quod commissa pessima infamiam toti Ordini intulerit, cum alio Conventum Twlrecensem et se in illo pessime adulterijs et fornicationibus publicis infamaverit tum et alijs prudentialibus causam hanc culpas in Constitutionibus ordinis praescriptas excedentem omnino iudicandam inquirendam et pacificandam secundum statuta Ordinis necesse existimaverit prout de facto inquisivit iudicavit et misericorditer sopivit occurrendo bonae famae Ord: Sacri et emendationi personarum spirituali. Quae omnia qualiter probata deducta, et confessa a reo Testes seriem, dies, locum, et numerum, commissorum habentes nimis odiosa atque molesta sunt, ideoque Reverendissimus Commissarius consulendo bonae famae Ordinis et miserendo personae senectutis, ea

quæ magis commiseratione qm notitiæ eglnt, ad acta præslatis n ingrossa-
vit, sed habens respectum maliciæ et alicuius ex tergiversatione recidivæ, quam iam
porrecta sibi comburi potius qm conservari merentur, assuetæ diabolicæ occur-
do, ea omnia in Aº et die supra enumerato propter ægritudinem et infirmita-
tem Secretarij sui in locum eius assumpto tunc Adm Rndo Pre Georg-
io Pitoarde pro connotatione causæ inquisitionis, confessionis et iudi-
cij tam dolendi Notario in chartis scrutinio totum hoc negotium per dictum
assumptum Notarium in præsentia Adm Rndi Pris Josephi Pitowicz
Præpti Miedmenis aliorum Frum propter maxime legitimas causas
præsentia habere non valendo, annotari fecit et connotavit. Pri vero
Præpto culpam suam dicenti et peccatum suum confitenti habendo res-
pectum spontaneæ confessionis, et aliud plurimum bonum Sacri Ordinis No-
men concernentem pœnitentiam secretam alibi expresse Notatam assigna-
vit. Et si Pr Præptus propter aliquas machinationes, volendo ad vo-
mitum suum redire aliqua diffugia et excusationes in peccatis quæreret, cum
eo rigidius et via iuris contendendum eumque palam toti Ordini Scelerosum
suis notandum promulgandum fore decrevit. Quia tamen in Præptura
Twerecensi ob proximiorem sibi concubinam, tum bonæ famæ Or-
dinis, tum etiam recedendi ad idem nefas causa, dictum Frem Rau-
Eicardis impossibile est conservari, ideo eum ab Officio Præpturæ suæ
amoveri debere et in alium locum transferri præsenti Decreto suo ad pro-
missa mediante.

Et hæc scripta manu Adm Rndi Pris Georgij Pitowicz connotata Ego
Fr Philippus Tur vidi, legi et ad manus Adm Rndi Pris Secretarij
iam nunc convalescentis reddenda suscepi.

Vide [illegible]

Anno 1693 die 29 Augusti Monitorium ad Pres et Fres Conventus Cracoviensis ad Ædes S. Marci commorantes ad instantiam Adm Rndi Pris Augustini fus Eicardi Prioris Cracoviensis Datum est a Rmo Commissario tenoris sequentis.

+

Monitorium

Sylvester Concessus Kostkiewicz etc.

Universis et Singulis Patribus et Fratribus Ord: Nri Professis atq in Conventu Cracoviens: Nro ad Aedes S: Marci Evangelistae sive in Officijs Conventualibus et administratione existentibus sive pro Familia in eodem Conventu commorantibus Salutem in Dno. Claruerint Reventiae Vrae delicta Vra ricdas atq periculosas nimium inobedientias, post redditam Sacrae Religioni pacem intm. et crescere, atq inveterata malitia, et obstinatis inveteratis animis vestris per viscera Sacrae Religionis serpere, ut cum ingenti animi Nri dolore, iterum Sacram Religionem Matrem turbari, fluctus vix adhuc pacatos, iterum excitari, usq bonum adhuc in herba totius Sacri Ordinis Opprimi et Suffocari prae magnitudine gemitum fere lacrimantibus nobis, palam sit totiq Provinciae huic malis vestris scandalisatae et condolenti, cognitum perspectumq; quare etsi toties moniti non moveri sed rigidissime puniri indigeant tanquam formales legum Ordinis et praeexistitae Sibi benevolentiae ac misericordiae contemptores: nos tn à mansuetissimo Eminentissimi Principis Dni Nri Clementissimi agno, patientiam atq mansuetudinem edocti adhuc Vobis uti Nobis delatum existentibus defectis, contra expressas Ordinationes Nras vivo ulterius ipsius Eminentissimi Principis Protectoris et Conservatoris Nri saulentissimi exhortationes et probationes, Adm Rndo Pri Priori Suo inobedientibus atq rebellibus, Primam Nram eamq ultimam, Si emendati non fueritis, monitionis, exhortationis et Obsecrationis gratiam offerimus, monentes et exhortantes et obsecrantes vos in Dno cujuscunq dignitatis Eminentiae et administrationis in Conventu Nro S: Marci Evangelistae estis quatenus paci Ord Sacri non turbetis, Religioni communi Omnium Nostrae Matri afflictionem Super afflictionem non addatis. Adm Rndo Pri Augus-

tino Sasieuicz Prior Vir in omnibus Regulam et Constitutiones Or
tum etiam bonum Conventus vestri concernentibus licitis et honestis Obe
tis, promotionem cultus Dei decorem ad Ecclesiae et Monasterij vestri
non interturbetis, quin immò quantum cunque valetis unitis pro communi
bono cum Adm Rndo Pre Priore vestro viribus, quod optimum est
curetis et promoveatis: Schismata, conventicula, ridas, contentiones
tanquam pestem mortiferam omnino vitetis, sub poenis intensione
extensione in contravenientes praesentibus nris plusquam gravioris
culpae in infligendis incurrendisque. Sed et si quis vestrum, sive contra v
invicem, sive contra Superiores vestros aliquid habuerit, non ideo Su
periori suo recalcitrans, aut ab obedientia eius exemptus in Visita
ne nra censebitur offensiones suas sive praetensiones suas si quas vero
quicunque vestrum habuerit eas pacifice usque ad adventum nostrum et modes
tè sub poena amissionis earundem praetensionum, taciteque in corde usque ad
diem iudicij et instruat conservet. Quod si vero aliquis ex Patribus sive
Fratribus Conventus Cracoviensis praesentibus Nris quomodocunque inobe
diens, sive rebellis extiterit, et furibundus atque inquietus, Fratres Conv
conturbaverit vel contra Superiorem suum concitaverit, regimen boni
impediverit, adventum Nostrum in pace non expectaverit eum uti Schis
maticum et destructorem Ordinis; damusque autoritatem Adm Rndo Patri
Priori adhibito sibi socio Adm Rndo Patre Deffinitore primo, et
secundo aliquo Patre discreto, inspecta probata rebellione, et boni O
impeditione, Fratrem eiusmodi cuiuscunque ille in Conventu Cracoviensi Offi
sit poena carceris afficere, atque ita captivatum uti furiosum et intolera-
bilem in pane et aqua usque ad adventum Nrum detinere. In quorum
fidem Datum Vilnensis Ao 1693 D 29 Augusti Nostro Sub
sigillo Commissoriali.

Sylvester Concessus Rodzieuicz
idem qui supra mp

L: S:

Pr Georgius
Tounes assum
in locum Secretar

Conuentus Videniensis.

In Nomine Dni Amen

Aº Dni 1693 4ª uerò Mercurij quæ fuit 2da 7bris Reuerendissimus Comissarius, Visitationem Suam in Cōntu Videniensi inchoaturus mane hora octaua Fratribus ad pulsum campanæ conuocatis omnibus et singulis in Cōntu hoc existentibus præmissis orationibus solitis, in Refectorio communi fecit eis legi Patentes literas Comissoriales suas per Adm Rndum Ptrem Georgium Pitlouich in locum Secretarij assumptum, quibus lectis iurisdictionem suâ fundauit, Obedientiâ ab omnibus et singulis Fribus et Patribus Cōntus recepit adeosque sermonem sequentem habuit

Sermo ad Fratres Videnienses.

Admdum Rndi Pres, et Dilectissimi in Xro Fratres!

Non absque singulari Clementissimi Numinis respectu, intra octauas Sancti et Magni Patris nri Augustini; Descendi ad uos, offerendo uobis Apostolicam benedictionê, et inuehendo summam in Ordine nostro Eminentissimi Principis, Protectoris et Conseruatoris Nri fauentissimi iurisdictionê. Decebat enim ut in hoc Cōntu Principali, diebus suis luceret Pater et Patriarcha noster Augustinus, et inter Soles modernos, in Majestate Ordinis Sacri vester quasi Patriarcha, Eminentissimus Princeps, in Comissario suo humillimo, præsens esset optutibus vestris. Descendi igitur ad uos, duplici Visione Beandus, scilicet, ut Frater vester perfrui Sanctitate Vrâ, tanquâ os de ossibus Vestris, Sanctorum uidendi et perfruendi in agmine isto, unaque cum illis, spiritu Sancto, perfruendi egentissimus: et tanquam indigenus Superior uester, vobis ita inspectis atque claris subueniendi in ijs, quæ animû uestrum decent, paratissimus. Quare, ita in oculis uestris positus, uos quoque in oculos atque cor meû suscipiendos censeo. Venietis Fratres mei Charissimi, oculis Eminentissimi Principis; immo verius S. Sedis Apostolicæ perspicui, atque expositi, una cum uita et actibus vris, et quidem, uolo uidere in Vobis uitam Sanctam, mores Sanctorum; quia his uult delectari ex uobis S. Sedes Apostolica et amantissimus omniû vestri Pr, et Dnus meus Clementissimus Eminentissimus Princeps Protector et Conseruator Nr Fauentissimus: Hæc etiam Saluti Vrâ

ti Vrâ

+

indubitatè unica sunt, atq necessaria. Jam verò, quoniã ad mores Sanctorũ, un pervenit immaculatâ et à saeculi diebus remotâ n̄ alios nos Fratres in ventur me existimo, qm̃ Saeculo defunctos, et soli Deo uiuentes. Haec enim institutũ in Ratio est, mori hominibus, et uiuere Xto. Extra saeculum rapti, Spiritu uehementi, et supra ~~ce~~ ceteros mundi temporalis incolas, altius collocati, alios nunc n existimamus, quã dum extra vestem candidam multi colores, extra hunc paradisum, terrigenae fuimus. Aliũ nunc solum, alius uiuendi modus et alius est, qui capit nos locus. Alia deniq quae parata est nobis Patria Patria quippe nrã, cœlũ è Filijs Augustini paratum, locus claustrũ hoc, in Porticus cœli. Modus uiuendi, ille ad perfectionem, dũ regulam S. Pr nri, et Patrias vetustissimi Ordinis huius leges: alij nos ipsi utpote expoli antes veterẽ hnẽ cum actibus suis, aliam possidemus animã, ut pote am marũ medullã, et vitae principium Xtum, ut cunctis diebus Nris, dicere cu Apostolo n̄ erubescamus, Vivo ego iã n̄ ego vivit in me Xtus. Jephte, aetate sua in populo Dei Dux felicissimus, ubi ante portã ex filijs Ammon victoria vouisset Deo se quidquid sibi redeunti ex bello domi ocurreret, illud Deo ese citaũ sine differentia immolaret. Quaerunt SS. PP. an illam gladio occideret: an verò morte ciuili consumendam traderet, sunt qui occisam, sunt qui ad perpetuam Virginitatem, et incessantem pie viuendi Palestram, prelegatã victimam illam deducunt et ostendunt, dicentes: magnam esse mortem moralem sive civilem per quam creatura rationalis moritur saeculo, ut viua melius Deo. O mortem prolixam nimis sed beatam! Mundo tristem atq horribilem, cœlo amenam atq spectabilem. Ab hominibg planctum ab Angelis iubilo celebratam. O victimas salutares, et hostias vociferation septis Monasteriorum inclusos cœlicolas et terris inferioribg concesso: Angelos et hominibus datos in auxilium et solaciũ Deo! Hos extra m poni, ieiunijs et orationibg dari, in carne supra carnem uiuere, voluntate et intellectu captiuari, pœnas praesentes suscipere, desideratas sponte sua inferre, iniurias libentius tollerare, aduersa fortiter suscipere, et prospera fugere, delicias et temporalia commoda, tanqm̃ venenũ ator ge devitare, mortificationes quibus inspectis contremiscit natura voluntariè tanqm̃ antidotũ appetere, sine solatio, sine consortio hom et amicorũ dies solitarios ducere, praesentia contemnere, et futura sola fide tenere, atq inquirere, arida interdum anima squallere alterius ius ~~et~~ melius qm̃, sua vota sequi et facere, animum vicijs extirpare et virtutibg ~~ex~~ difficillimis expolire, pro alijs stare et sibi ipsi aduersũ con

trase

+

vi surgere, omnia deniq; mundi amica, sibi inimica habere, planctũ pro plausu eligere, se ipsum à se recedere, an non hoc emori est, an vita hæc mors potiꝰ non vita æstimabit, an dies eiusmodi n' agonia, n' vita functorum, n' ad tumulos destinatorum? Proch! quam feliciter, quam Divinè, qm beatè vivit dum anima ut soli vacet Deo ita morit. Monasterium est Bavariæ, quod à S. Altone nomen accepit in duas classes Virorũ scilicet et Deo dicatarum Virginũ, divisum; ut duplex ac distinctum diu noctuq; cantandis Dei laudibus Cœnobiũ constituat. Huic moris est, cũ Virgo sacrum velamen in Templo accipit, et Xto Sponsa dat, ut finitis publicè Sacris eius nova nupta in Monasteriũ per Sacrariũ deducat, præeuntib quatuor è Monialibus vultu oculisq; in terram defixis et laudabilem Sanctitatem spirantibus, passu testitudineo feretrum præferentes, quæ ingressæ Monasterium fores et ianuas claudunt et obserant, perinde prorsus ac si novæ Xti Sponsæ dicerent: Vide bona Virgo, ut quod incipis rite perficias; cogitate nunc viã hanc ingredi n' ingressuram, nisi mortuam efferendã. En per hanc ianuã transis in domũ Religionis in ea toti seculo moritura, neq; redibis per hanc, nisi in hoc quod vides feretro, cũ ultimũ iter facis ad sepulchrum super humeros Sororũ tuarũ; è cella ad cœlum semper tibi via semper aperta, non ad mundum, n' ad Patriam, n' ad Paternã Domum: vivam te iam sepelimus, et mundo mortua tu ipsa ducis exequias tuas. Bella sanè ad rem nostram facti salutaris Institutio; quid enim Religioni et cœnobio magis intimum, quam mors: hæc enĩ Academia et Universitas ē in qua spiritu vivit, et studiosissimus eius quotidie morit; hæc principium bonæ vitæ, et cathedra optimæ mortis, fons optimi initij, et via finis dulcissimi. Alibi, vivens morit, hic moriens vivit, angustiæ cellæ latitudo Paradisi possidet. Et sicut mortuus neq; lacrimis, neq; invitationibus, neq; corrosionibus movet; ita et Vir Religiosus. Faciliꝰ in alium mutat, qm in veterẽ flectit. Hoc utiq; innuit S. P. Nr Augustinus Dum Sermone agens 110 de temp: Vitam præsentem nrã cũ futura conferens, de morte seculi et vita cœli dicat: Hyemis tempore, etiam viridis arbor, arida similis est: venit æstas, et viva radix folia producit, et implet fructibus. Sic hyemes nostra, Xti occultatio est, æstas nrã, Xti revelatio: ~~est~~ mortui enim estis, et vita vestra abscondita est cum Xto in Deo; certè mortui, sed mortui specie, vivi radice. Attende autem venturum tempus æstatis, quomodo sequat et dicat: cum autem Xtus apparuerit vita vestra, tunc et vos apparebitis cum ipso in gloria. Hæc attentâ mente ~~perse~~ solvens Sanctissimus Antistes exclamat. Eja Ergo dulcissime Deus, hoc mihi tecum pactum erit, plane mihi moriar ipsi, ut tu solus in me vivas: totus intra me silebo, ut tu loquaris in me; totus quiescam ut tu solus operis in me.

+

Et quia Fratres Charissimi ad perfectionem tendimus, ut perfecti simus, quotidie nobiscum et cum hoste animarum militamus ut vincere possimus: atque tot ictibus impeditam pacem possidere valeamus, necessum est nobis ut inter viventes mor atque inter morientes vivi reperiamur. Non enim vile aut inanne est id quod vivimus sed nimis utile et Operosum. Pergimus enim ad Patriam Nostram exules et Peregrini, ergo nisi tardare volumus, per dies et momenta non tantum curre, sed etiam volare debemus. Nulla nobis virtutis via invervia, nulla semita Salutis sit non trita. Neque dolore afficiamur, impendendo nos Deo, cum his impensis nihil offeramus Nostri neque doleamus de impenso cum sit alienum nempe Divi nu quod facimus, neque timeamus de profectu, cum Patre misericordiarum et Deo excitum militemus. Jam vero, Si pigri et desides in via Dei reperiamur, non tan ab Auctore mundi arguimur, sed etiam gratiis Benefactorum et natura [illegible] ante convincimur. Panis ille beneficentissimus cibus et potus noster gratia Fundatorum datus lacrimæ et Sanguis fidelium in elemosinis eorum uti ministris Altarium oblatus, non voratores, sed Oratores coram tremendo De poscit et exigit, quibus injuriam facimus, tanquam ingrati, et coram Deo rei Sum tanquam indigni, quoties malis Nostris irretiti, coram tremenda Majestate nostrorum criminum rei reperimur non satis facies vijs, quibus ad Stricti c pluamur. Jam vero apes in tempore mellificantes, aves temporibus Suis convolantes et prolem edentes, gramina, arbores et Segetes, temporibus Statis Sol Oriens et Occidens, Luna nova atque decrescens, dies et nox, æstas et hyems, quæ non patiuntur otium omnia nonne edocent nos? nonne arguunt desidiam atque inertiæ? Eheu! tot mortuis ante nos et præsentibus nobis pulchris Sanis et doctis, fortibus et debilibus, pauperibus et divitibus, ultimi termini edoceamur tot agentibus secundum jussa Dei, in via Salutis Operarij moveamur! Saxa frigida, lapides immobiles, petræ antra Serpentum Nonne esse paciemur qui Populus electi Sumus? Ore Seraphici Patris vos victimas Dei contestor et alloquor ut operemini Salutem Vestram dum tempus habetis, v ideo quia Magna promisimus maiora promissa Sunt nobis, Servemus hæc suspiremus ad illa voluptas brevis pœna perpetua; multorum vocatio paucorum electio, Omnium retributio, v ideo, quia tremendus ille et ultimus Judex examinabit vitam Nostram, quærens quæ de profectu Singulorum, indagabit Virtutes et coram æterno dicet Quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in Monte S. tuo? Ergo Fratres mei Charissimi recolligite queso conscientias vestras qualiter hucusque Deo militaveritis? Emendate præterita et in nobis ipsis eadem flagellate, prospicite a longe desideratas in vobis Vir

tutes

ut Suspiria animarum vestrarum impleatis, Fugite neglectū et vitia ut approximetis Deo. Recedite a malo ut apprehendatis bonū. Accendimini charitate Dei ut crescat in vobis flamma pietatis, ut crescat in vobis vigor ille, qui facit n̄ tm̄ obedire mandatis ut servos, sed etiā obtemperare consilijs ut filios. Ego descendi ad vos videre bona vrā prout constitutorū in terra viventium, et avertere mala, prout in valle lacrimarū exulantiū. Donet igitur Dnus. ut sim Nuncius pacis vrae et cooperator Salutis meae et plurimorū usq. in vitam aeternam, videamq. flammas cordium vestras Deo solo accensas, et in ijs ardeam factus Deo nrō victima in odorem suavitatis. Amen.

Quibus dictis Rndissimus Comissarius, Regulae S. P. Pris satisfacturus dicenti ante omnia diligatur Deus deinde proximus, a decore Domus Dei incipiendum fore decernit ad Sacrum Celsa officium celebrandum ivit, quo Pribus Conttus horas Canonicas decantantibus absoluto post Communionem Augustissimum Eucharistiae Sacramentū visitavit, eoq. honorifice reperto, Pres prima decantantes benedixit et finito Sacro, alba indutus, assistente sibi Adm Rndo Pre Melchiore Hidynski Praepto Videniensi et nobis Notarijs praesentibus, fontem Baptismalem et Olea Sacra vidit: quibus similiter rite inventis, ad Inventandā Eccliam et Conventum Videniensem, tum etiam bona et fontes huius Inventanda, verificanda, et conscribenda, procedi debere decrevit et declaravit prout de facto, procedit decernit et declarat mediante Decreto suo ad praemissa.

Inventorium Ecclesiae et Conventûs VIDENIENSIS

Ipsa Ecclesia Murata calce intus et extra tincta, in ingressu suo hēt turriculum copula, in qua duae campanae, ad convocandū populum Xti; Campanae vero sunt parvae. Secunda Copula in medio Ecclae cum Cruce. Ipsa Eccla tota tecta tegulis coctis. Intra Eccliae Altaria sunt septem; Primum Altare maius antiquae picturae, in eo Imago Bmae Virginis manu leva Xtū parvulum tenentis; devotione Xti Fidelium ab antiquo celebris. In capite habens coronam argenteā deauratā, In manu vero dextra sceptrū argenteū per partes deauratum, sub pedibus Luna maiuscula, per partes similiter deaurata, In capite Xti Corona argentea deaurata parvula et mundus cū Cruce argenteus, per partes deauratus. Vota argentea, diversae quantitatis, in universum sunt No 35 Cruculae argenteae parvae 3. Item Imago parvula lignea Crucifixi. Circuli argentei, a certis oblati No 5. Stellae argenteae, deauratae circa Imaginē, hinc et inde sparsae No 10. Catenula parvula argentea Una. Inaures argenteae duae deauratae Cristallus unū argento circumductū unū. Margaritarū minutarū duo

funiculi –

parui. Dexterale unu de succino, granorum integrorū coloris nigri per mi-
torū margaritis minutis funiculg unus, granorū diuersi coloris et gene-
ris, funiculi 3. Reliquiaria parua duo. Globuli vitrei cum decadibg et
paruulo metallo pro corona dicenda. Ciborium per partes deaurat.

2dum Altare Confraternitatis Immaculatæ Conceptionis Bsmæ V.
Ligneum in partes deauratū, ipsa Imago B.V: Immaculatæ conceptæ conte-
rens caput serpentis, habens sub pedibus Lunā argenteā magnā. In ca-
pite vero Coronæ duæ. Vna argentea deaurata, cū lapillis diuersis. Altera de-
super argentea alba. Stellæ circa caput Bmæ V: argenteæ deauratæ No 12
Propè idem altare, 2dū altare portatile Confraternitatis BVM habens tun-
cellam argenteam per partes deauratā. Hæc Imago picturæ elegantis Romanæ
deuotionem spirat. et ut asseritur ab Innocentio Vndecimo Pontifice Maximo bened.
In Lituania vero ab Illustrissimo Dño Nicolao Pac Eppo Vilnensi deportata
a quadam Dña magnæ Familiæ PerIllustri Rndo Dño Melchiori Stiszycki oblata, ei-
dem Ecclæ applicata atq per Illustrissimū et Rndissimū Nicolaū Stupski Eppū
Gratianopolitanū vna cū Confraternitate ad Ecclesiā præsentem introducta.
Circa caput eiusdem Imaginis, loco veri ex argento albo, facta circūductio. Stellæ
circa caput argenteæ deauratæ No 12. Supra Stellas Corona argentea alba, et vi-
argentea 5. Iugamenta nigra lignea in quibg sparsæ stellæ numero 9. In collo fi-
lum coraliorum gemmis per partes inter mixtum in quo dependent duo annuli au-
loculorum simpliciorū funiculi 3 Circuli sertorū argentei deaurati duo.

3tium Altare Beati Michaëlis Giedroic paruū, opere simplici per
partes deauratū, ex asseribg factū, habens Vota argentea 6. Et Nomen Iesu
ex gemmis factum

4tum Altare Similiter ex asseribg per partes deargentatū habens Ima-
ginē Crucifixi in assere depictam. Priuilegiatū pro Omnibg defunctis.

5tum Altare Ex opposito eius Opere sculptorio, summitates collumnarum
habens deargentatas

6tum Altare S. Casimiri ex asseribus Nigrū per partes deargentatum.

In 7mo Altari adhuc nō perfecto Imago S. Antonij.

Chorus desuper et Organū portatile; Scamna Omnia vetusta et simplicia

In Medio Ecclesiæ. ~~Imago~~ Effigies Crucifixi Sculpta lignea. In column
Imago Variorū Sanctorū Ordinis Nostri. In secunda columna Imago propendens
Crucifixi Dñi. In 3tia columna Imago antiquæ picturæ S. Michaëlis Gie-
droic cum Luminibg Supra Altare eig et miraculis magna. 5ta

Imago in columna prope Altare eiusdem S: Michaëlis. 6ta supra Sacristiam B.V.M. dolorosae. 7ma Flagellationis Xti in columna. 8ua Baiulationis. 9na intra Cathedram B.mae V: Cathedra opere sculptorio non depicta. Fons Baptismalis ligneus. Confessionale antiquum unum. Formae in choro minori duae opere simplici et antiquae. Craticula ante altare maius lignea ad genuflectendum per totum.

Vexilla Ecclesiae Videniensis N.o 7 Omnia Sericea. Primum Sericeum dictum Litazka mieniona Confraternitatis, habens in una parte Imagine picta Conceptionis B.V: alterâ parte B. Michaëlis Giedroyć. 2dum materiae similis, habens unâ parte Imagine S: Casimiri, 2dâ S: Annae. 3tium ex materia Sericea dicta adamaszek coloris rubei, habens unâ parte Imagine S: Lucae, 2dâ S: Andreae Apostoli. 4tum Sericeum coloris aurei, habens unâ parte Imagine S: Petri, alterâ S: Monicae. 5tum eiusdem materiae et coloris, habens unâ parte Imagine S: Cyriaci. alterâ Visitationis B.V:. 6tum Sericeum coloris rubei, habens unâ parte Imagine Sancti Patris Augustini, alterâ vero Annuntiationis. 7mum Materiae et coloris eiusdem, habens Imagines, unâ parte Conceptionis B:V:, alterâ B: Michaëlis Giedroić.

Pulpita duo.

Libri ad Chorum N.o 6. Psalteria 3: Antiphonarium unum. Graduale unum. Martyrologium unum.

Sacristia Murata, Atque in ea Inprimis
Vasa Argentea Sacra.

Calices argentei sunt numero septem, Octavus vero est Confraternitatis B.mae V: Mariae Immaculatae Conceptionis. Ex quibus Calicibus duo, intus et extra sunt deaurati, Unus maior fel. memoriae Fundatoris, alter cuiusdam Benefactoris, tertius ab extra per partes deauratus similiter Fundatoris. Reliqui vero tantum ab intus deaurati. Omnes Calices habent suas patenas. Urceolorum paria tria, et parapsis una argentea, Pixis una intus deaurata cum operculo pro asservando Venerabili Sacramento. Monstratorium unum argenteum cum Melchisedech deaurato. Crux argentea cum Imagine Crucifixi deaurata, et 4. Evangelistis deauratis. Pacificale unum argenteum. Thuribulum argenteum cum navicula et cochleari. Imago Crucifixi argentea cum titulo argenteo, et subtus morte similiter argentea Cruci ligneae affixa. Lampades duae argenteae, quae ad praesens sunt oppignoratae in Imperialibus Quinquaginta quinque apud M.D: Adamum Twarzyanowski. Reperitur ad palmam unum argenteum conflatum Insuper.

Metalla Ecclæ Videniensis.

Candelabra ærea Majora No 2. Minora No 2. Item parua ærea 2. Confr
Ex stanno Candelabra Ad maius Altare 8 Confr. 2. Vrceolorum pa
ria 2 cum paropsidibus. Lauatorium cum scuto, seu paropside maiori. Campa
nulæ ad Altaria 4 minora, 5tum maior 6tum ad ianuas Sacristiæ vnum ad Altare Con
tonis B:V: Confr. Vascula stannea pro oleis Sacris No 2.
Gabriel Borkykis, ht filium Joannem. Fundi Laneos tres et Semi ht. Ager is Fundus hic indiget mensuratione, quare, eundem Illustrissimus Commissarius assignare noluit, sed ad futuram dimensionem in toto reposuit, eiusque taxam indifferentem et prout in notatis repent minus iustam, ulterius decidi debere decrevit. Quos Illustrissimus Commissarius quatenus Ecclesias frequentarent, peccata vitarent, pietati Christianæ Studerent premonitos et exhortatus est et in pace dimisit. Qui de iniurijs interrogati Responderunt se nullas habere. **Prædium Szyzyszki.** Granicies Fundorum eius Latius patent in iuribus. **Porta** antiqua in ingressu. Hypocaustum album cum cameris duabus indiget reparatione, ex opposito Fumarium unum. Alterum fumarium novum ~~a~~ dum perfectum. **Horreum unum** clauditur sera. In Horreo Semitonna ad mensurandum frumentum. **Granaria** duo clauduntur seris. **Concamerationes** in uno 5. in altero 3. **Tertium** granarium antiquum. **Horrea** minora pro feno 2. **Pro tosto parando.** Hypocaustum, 1. **Braxatorium** unum vacuum. **Balneum** unum. **Jumenta Prædij.** Vaccæ lactantes 3. Steriles 2. quarum una pro Culina, et in locum alia ematur. Vituli masculi unius anni 3. Vituli huius anni 2. Par Boum. Oves fetosæ 9. Agnus 1. Pro Culina 8 **Capreæ** antiquæ 4. Capri 2 antiqui. Capri huius anni 4 **Sues** fetæ 3 **Porci ad Saginandum** 2 **Porci unius** anni 4. Huius anni 2. Galinæ Indicæ pro fetu 2. **Galli Indici** 1. ad Culinam 14. Galinæ pro fetu 10. Galli 1. Pro Culina 18

Seminationes et Crescentia Anni 1693.

Ao 1692 Siliginis hiemalis tonnæ No 13

Seminavit

		Sexag	Manip
Ex ijs - - - - - - - - - - - - - - -		47	
Auenæ ex tonnis No - - - - - - - -	7 - -	19	
Siliginis uernæ ex 4 tonna - - - - - - - - -			16

Crescentia

Seminatio

		Crescentia	Sexag	manipuli
Tritici verni ex ½ tonna			4	
Hordei ex tonna e	N° 1 et ¾		15	
Pisorum ex tonna	N° ½		4	

Villæ ad Prædium Spectantes.

Prima Villa Kowalniszki ht Laneos N° 3.

Obligationes eorum eadem quæ et supra scriptorum omnium Nomina eorum sequuntur hæc.

Primus Casimirus Bielicki Sterilis fundi laneum ht nihil Operatur sed solum pecuniam solvit florenos N° 30. 2dus Vrbang Borelyło Sterilis fundi semilaneum. 3tius Nicolaus Szyrey Ev: Filium ht unum Adamum fundi semilaneum 4tus Adamus Saba ht filios 3 Casimirum, Petrum et Bartholomeum fundi semilaneum.

2da Villa Skiery fundi ht Laneum N° 1.

Obligationes eadem. Subditorum Nomina hæc 1mus Joannes Skierate ht filios 3. Stanislaum Casimirum et Mathiam fundi semilaneum 2dus Georgius Duda Skierate filios ht 3. Mathiam Michaelem et Casimirum fundi semilaneum. Notandum quia omnes qui ht semilaneum tantum operantur et non solvunt. Quos Reverendissimus Commissarius de Vita Christiana et frequentatione Ecclæ admonitos abire fecit.

Prædium Untoscie alias Kurele.

Porta nova de novo erecta. Hypocaustum album cum Camera. Atria duo cum Culina. Fumarium pro familia. Fumarium minus pro servandis oleribus. Item de novo ædificata duo fumaria. Horreum unum claudit sera. Horrea minora antiqua 3 pro servando feno. 4. de novo extructum. Granarium 1. Concamerationes ht tres. Braxatorium unum, ex opposito Balneum. In eodem Braxatorio Vasa. Caccabus decem in se continens hidrias cum pileo et fistulis duabus pro paranda cerevisia sive cremato. Vasa maiora 3. Quartum minus ad parandam cerevisiam. Item Vasa cum fistulis duo. Dolea 6. Doliola 10 Vasa pro servandis oleribus 4. Hidriæ maiores ad ferendam aquam. 3. Stabulum pro equis 1. ad latus eius Celarium. Stabula pro pecoribus 3. Molendinum cum omnibus requisitis. ad illud spectantibus. Penes illud fumarium cum atrio. Jumenta huius prædii. Vaccæ lactantes 3. quarta sterilis. Bos 1. Vaccæ duorum 3 Item iuvencorum boum 3. Vituli duorum annorum 2 huius anni duo. Oves pro fetu 26. Pro culina 14. Capræ fetæ duæ. Capri 2. Capri hinniculi 2. Sues 6. Item annorum duorum. Avnig 10. Anseres pro fetu 7 pro culina 13 Galli gallinacei asservantur 6. pro culina 18. Galli 15. pro culina 10. Anates prolificantes 6.

Caccabus minores pro [illegible]

Seminationes et Crescentia Anni 1693

Anno Dni 1692 Siliginis hiemalis tonnæ N° 28 et ½

Seminatione

		Crescentia	Sexag:	manip:
Crys			82	
Hordei ex seminatione	N° ton: 4		16	
Tritici ex seminatione tonna	N° 1 et ½		13	
Siliginis vernæ ex seminatione tonnarum	N° 3		10	
Avenæ ex seminatione tonnarum	N° 19		40	

Seminantes

Pisorum et tonna - - - - - - N° 1 et ½

Ocimi Seminati tonnæ. N° 2

Census h̄t

Sexag: 20

Mansi:

Villæ ad prædium istud Spectantes.

1ma Villa Antoescie alias Aukele - - h̄t Laneos 14

Subditi in illa degentes his tenentr obligationibus. Imo.

In septimana tres dies laborant sive cum iumentis sive n̄, tempore messis usque ad finem messis, donec frumenta ex campis colligant bini ad opus procedunt. Opus eorum grande ad messem alias Szwalt, de media nocte ad triturandum veniunt. Vigilias Nocturnas consequenter exercent. Fundi laneum habentes integrum Solvit censum florenos N° 5. Omnes et singuli galinas offerunt in tracensum autumnalem. Cursoria ad annum una diebus suis. Fila ex proprio lino Szofata, qui ex integro laneo tres mensuras alias Saldi, ex semi laneo semi duas mensuras, alias pastory talki. Pro Strena Paschali quisque eorum 10 Ova offert. Nomina eorum sequuntur hæc.

1mus Georgius Deilida Dydanis h̄t filios tres. Casimirum, Christophorum et Bartholomeum. Fundi h̄t laneum florenos 5 2dus Joannes Du Eielis filios h̄t duos, Casimirum, et Nicolaum, fundi laneum florenos 5. 3tius Stanislaus Minkoztyne h̄t filium unum Josephum. Laneum fundi florenos 5. 4tus Stanislaus Krysztopelis Tiwunelis. Hæres autem fundi huius Casimirus Zabello Fundi Laneum unum florenos 5. 5tus Stanislaus Daylidete Dydonis. Hæredes fundi huius duo Casimirus et Nicolaus Peraidkowie. h̄t Fundi Laneum, florenos 5. 6tus Andreas Tiwunelis Krysztapilenas h̄t Filium unum Adamum h̄t fundi laneum unum Solvit florenos 5 7mus Christophorus Kieysztragis h̄t filios tres. Stanislaum, Casimirum, et Nicolaum Fundi Laneum, florenos 5 = 8vus Nicolaus Macka h̄t filios duos, Jacobum et Joannem, Fundi Laneum, florenos 5. 9nus Adamus Macka n̄ h̄t filios, Fundi Laneum, florenos 5. 10mus Georgius Bowik. filios n̄ h̄t. Gener autem eius Joannes Daylidete Dydanis h̄t filios duos Joannem et Mathiam. Fundi h̄t Laneum unum florenos 5. 11mus Nicolaus Marckis, h̄t filios duos Bartholomeum et Josephum Fundi Laneum, florenos 5 12us Christophorus Daylidete Dydanis n̄ h̄t filios, h̄t Fundi Laneum Florenos 5. 13. Georgius Krysztapilenas, Tiwunelis. Fundi Laneum florenos 5. 14 Georgius Kudabunbis h̄t filium Nicolaum unum, Semi laneum ~~ri~~ solvit florenos N° 2 gr 15. 15 Petrus Kieksztas h̄t filios duos Jacobum et Stanislaum Fundi Semi lanei, florenos N° 2. gr 15.

Quos ad vitanda peccata, ad implenda præcepta Dei, ad frequentationem Ecclesiæ ad pietatem Christianam exhortatus est, et quia conquesti sunt, quod extra urgentem necessitatem Sero nimis iumenta dimittant et quod festos dies n̄ h̄t interpolares ideoque Illustrissimus Dominus Comes a viris Spiritualibus pietatem Christianam et devotionem excolendo eos tempestivius a laboribus absolvi et festa interpolata cum antea observari debere decrevit, eosque in pace dimisit.

2da Villa Ożany Habet Laneos alias Włok N° 13 et ½

Subditi in illa commorantes oneribus subiacent his. Laborant in septimana tres dies cum iumentis sive cum imperatum eis fuerit. Laborandi Censum numquam aliqui eorum n̄ Solvebant ob nimiam egestatem, et maxime, quia agros h̄nt Steriles et iumenta eorum grassante peste, multa extincta sunt. Hinc apud eos, ~~quatuor~~ tres sunt sine iumentis. Census quisque imponi deberet incertum est ob nimiam et asperitatem agrorum Sterilitatem, quare revisione opus est prudenti consideratione. quod cum ad præsens fieri n̄ possit, totum prudentiæ Admodum Reverendi

Pris Prapti comitat. Aliqui vo eorum, laborem censu redimunt. Labores grandes alias Gwałt omni tempore implent, praecipue ad messem. Vigilias hebdomadales efferent. Filorum tres partes alias Talki de proprio lino oes et singuli offerunt. Qui vo, laborem redimunt, anserem, et gallinas duas cum censu reddunt. Cursorie in anno suis diebus una. Diebus aulae altera. Nomina eorum sequuntur haec.

1mus Stanislaus Szweia, ht Generum advenam ~~Stanis~~ Casimirum Mamenes, qui ht filios duos Mathiam et Josephum. Hic vo Stanislaus Szweia habet fundi laneum unum, et semi. Redimendo laborem, continuum solvit florenos No 17. 2dus Josephus Suiestelis ht filium unum Georgium ht laneos semiduos. Redimendo eundem laborem solvit florenos No 16 et grossos. 3tius Joannes Szulscius ht filium unum domi Casimirum. Qui etiam filium Martinum. Hic vo Joannes ht fundi laneum, redimendo laborem, solvit florenos No 15. 4tus Georgius Raupelis ht filios quatuor Joannem, Casimirum, Petrum et Mathiam. Fundi ht duos laneos redimendo laborem solvit florenos 20. 5tus Georgius Szulscius ht filios tres Antonium, Joannem, Laurentium. Habet fundi laneum, penes labores solvit florenos 5. 6tus Joannes Macaunas ht Privignos tres Michaelem Mathiam, et Stanislaum. Fundi laneum ob egestatem tantum laborat. 7mus Joannes Kruszelis. Habet fundi laneum, solvit florenos No 3. eo, quod sit recens. 8vus Joannes Zuwelis ht filios duos Stanislaum Mathiam et tertium Jacobum. Fundi laneum ob egestatem nihil solvit. 9nus Martinus Macaunas ht filios tres. Casimirum, Christophorum et Michaelem, ht fundi semi duos laneos. Ob egestatem nihil solvit. 10mus. Stanislaus Mindesztym, ht filios duos, Jacobum et Georgium. Fundos incertos alias wszachownice. Solvit censum florenos No 2 et grossos 15 nihil laborat praeter opus grande, alias Gwałt, eo, quia recens.

Quos deinde Xtiana et frequentatione Eccliae abire fecit.

Oppidum Skiemiany ad de Praedio ht lanit

Incolae Oppidi, sequentibus obligantur. Qui eorum sufficere possunt solvere censum pecuniae dant ex laneo hereditario florenos No 20. Ex laneo accessorio florenos No 5. Qui vo non sufficiunt solvere censum, laborant in Septimana tres dies cum iumentis, et habentes laneum integrum, unam eius partem in labore nominato, alteram vo pretio florenos No 5 redimunt. Cursorias duas, unam diebus suis, alteram diebus aulae. Eorum qui totum laborem censu redimunt ultra Solutionem dant insuper gallinas duas et anserem unum. Qui vo non totum laborem redimunt tantum dant gallinam unam. Filorum partes tres alias talki ex proprio lino. Custodia hebdomadalis ad praedium, et ova decem oes et singuli, ex laneo integro, pro festo Paschae.

Nomina autem eorum sequuntur haec.

1mus Laurentius Bimbiris. Filios ht ~~4tuor~~ 5. Michaelem, Mathiam, Josephum, Stanislaum et Bartholomeum. Fundi ht semilaneum, nihil solvit, eo, quod recens. 2dus Petrus Trubas ht filios quatuor. Joannem, ~~Mathiam~~, Antonium et Laurentium. ht fundi laneum totum. Hic autem solvit nihil, quia tabernae custos est. 3tius Casimirus Macaunas filium ht unum ~~Petrum~~ ht fundi laneum, ~~et~~ redimendo laborem ex medio, solvit florenos No 10 ex secundo uti adventicius florenos duos et grossos 15. 4tus Casimirus Kuinelis ht filios duos, Mathiam et Georgium, fundi ht semilaneum, et accessorie 4tam partem. Primo tenetur in hebdomada qualibet laborare dies duos et solvere florenos (annui census) 3. 5tus Adamus Laudsko. Filium ht Casimirum, et Privignum Jacobum Paukszteie. ht fundi laneum, ex quo redimendo annuum laborem solvit florenos No 20. 6tus Joannes Girdus filium ht unum Christophorum, tenet laneum unum penes labores, pro parte media fundi solvit florenos 5. 7mus Casimirus Trubelis ht filios duos, Jacobum et Martinum. Sedet in semilaneo. Penes labores. Quos in una hebdomada duas dies, in altera unam sustinet. Solvere

Censum annualis tenet, florenos No 2 et gross 15. 8us Casimirus Piragis=
atas Adolescens filios ht tres Georgium, Stanislaum et Adamum. Georgius autem
primogenitus ht filios duos Casimirum et Joannem. Fundi ht Laneum unum, redimen=
do autem laborem annualem Solvit florenos No 20. 9nus Joannes Zulielis familiam
regens adlatus suum ht fratres duos Bartholomeum et Casimirum. Tenet fundi medium Laneum
et additorum secundam partem Lanei; Ex possessa parte solvit cum labore florenos 2 et gross 15
ex altera accessoria parte florenos 2 grossos 15. 10mus Matheus Zulialis ht filium
unum Mathiam, sedet in uno semilaneo, alterum tenet adventicium, pro primo Solvit floren=
um labore duos, et gross 15. pro altero semilaneo, florenos 2 et gross 15. 11 Mathias
Szwcianis ht secum manentem fratrem germanum Adamum, tenet fundi semilaneum, adven=
ticium semilaneum, pro primo sine labore, solvit florenos 10 Pro altero fl: 2 et gr 15
12 Georgius Meironis. ht filios duos Petrum et Josephum. Fundi ht Semilaneum
adventicium alium. Pro primo redimendo ~~labor~~ laborem solvit florenos No 10 pro altero
florenos 2 et gr: 15. 13 Adamus Zodelis ht filios tres. Casimirum, Mathiam, Joannem
Fundi ht Laneum unum, alterum adventicium. Ex primo redimendo labore consueto Solvit
florenos No 20 pro altero adventicio solvit florenos No 7 et gross 15. 14 Mathi=
as Lorynas, ht Semilaneum Solvit florenos 10 sed ob devastationem ignis, quam pas=
sus est hic homo hoc anno, Discretioni comendatur Adm Rndi Dni Praepti. 15. Sta=
nislaus Stripeykis, hic adolescens cum fratribus suis manet insimul Andrea et Jo=
sepho habentque semilaneum, ex eo solvere redimendo laborem florenos No 10. Et hunc e=
tiam depauperavit ignis. 16 Bartholomeus Stripeykis ht Privignos duos Ca=
simirum et Joannem qui est uxoratus. Habet fundi Laneum unum, redimendo laborem
~~Solvit~~ florenos No 20 17mus Nicolaus Uszelis Habet filios duos Casimirum et Sta=
nislaum. Sedet ~~in~~ in semilaneo, ht adventicium semilaneum, ex primo semilaneo tenetur cum la=
bore consueto Solvere florenos 2 et gr 15 ex secundo fl No 2 et gr 15 18: Joannes
Trubas ht filios quatuor. Petrum, Stanislaum, Adamum et Nicolaum, tenet
semilaneum, cum labore Solvit fl 2 et g: 15. Et huius substantiam ignis deva=
stavit 19 Matheus Koszela ht filios tres Stephanum Mathiam, et Casimirum
tenet semilaneum ex quo Solvere tenetur fl. 2. et gr 15 cum consueto labore.
20 Joannes Zuga ht filium unum Bartholomeum. Is ht filium Jacobum, tenet
Laneum unum, tenetur praeter laborem solvere fl. 5. cum quo ob nimiam egestatem per hoc tem=
pus dispensatum fuerat. 21 Petrus Zubrycki. ht Privignum Casimirum. Habet
Laneum unum ex quo solvere tenetur redimendo laborem fl. 20. 22 Joannes Bredelis=
ht Semilaneum, qui autem Novicius est ad triennium, Solvere nihil tenetur. 23 Joannes Ka=
dalis simul cum fratribus habitans Adamo, Petro et Mathia tenet fundi proprij Semi=
laneum, quartam partem adventicij, ex omnibus praeter labores nihil ob defectum suum.
24 Nicolaus Kadalis ht filios duos Adamum et Petrum tenet fundi proprij
medium Laneum, adventicij secundum, Itidem quartam partem. Tenetur ex possessa parte [illegible]
redimendo labores florenos 10 Pro altera autem parte Lani vacantis florenos 2 et
gross 15. Hos itaque monitos de pietate Xtiana atque frequentatione Ecclesiae abire
in benedictione Divina feci. Villa Matance. Habet Laneos No 4.
Omnes et singuli idem onus quod et prius oppidum Sceremianense subire tenentur.
Nomina eorum sunt haec. 1mus Nicolaus Matanicz ht filium unum Jacobum
tenet fundi Laneum unum pro quo solvit florenos 2 redimendo laborem. 2dus Mathias
Kurnelis ht filium Matheum, insimul cum eo habitat Germanus eius Bartholomeus. Is

tenet Laneum unum. Idemque soluere tenetur florenos N° 20 loco laboris. **3tius** Georgius Predelis habet filios tres. Nicolaum Ioannem et Adamum. Idem habet Fratres duos simul cohabitantes, Iacobum et Iosephum. tenent fundi laneum unum, persoluunt pro labore debito florenos N° 20. **4tus.** Nicolaus Kietelis Priuignus et hæredes huius fundi habet duos. Iacobum et Casimirum tenet fundi Semilaneum Soluit florenos decem absque labore. Hi etiam eodem more moniti remissi sunt in pace

Villa Lawrodziski. Habet Laneos N° 8:

Quorum opera et onera eadem sunt cum prioribus Nomina autem Subditorum sunt hæc **1mus** Andreunas Bernatowicz. Insimul habitans Fraterque Georgius uterque adolescentes Habet laneum unum alium aduenticium, Ex primo soluit, absque labore debito autem florenos N° 20 ex alio N° 10 **2dus** Casimirus Melas, Habet filium Andream. Fundi Semilaneum habet unum, preter laborem, soluit florenos N° 2 gr: 15. **3tius** Petrus Tumelis cæterum Fratrem habet Georgium Serwientem in eadem villa, Sedet in Semi laneo. Debitum eius ut cæterorum. Preterea soluere tenetur florenos 2 et gr 15. **4tus** Matheus Bretelis filios habet duos. Iosephum et Casimirum, hæreditario iure tenet semilaneum, aduenticium laneum integrum, Ex semilaneo proprio fl: 10 absque labore ex aduenticio fl 5 **5tus** Stanislaus Minkszty Filios habet duos Ioannem et Iacobum, tenet proprium Semilaneum, et Semilaneum aduenticium. Pro primo preter laborem consuetum florenos N° 2 gr 15 pro alio eidem. **6tus.** Ioannes Kietelis filios habet duos Nicolaum et Iacobum. fundi laneum, proque nihil preter aulicum seruitium. **7mus** Ioannes Trumpa Habet filium unum Casimirum. Fundi laneum habet unum, proque soluit florenos 20 absque labore. **8uus.** Petrus Pleba habet filios 4. Nicolaum, Stanislaum, Mathiam et Bartholomeum. Fundi tenet semilaneum. nihil soluit preter laborem, quem in aula adimplere tenetur et ob defectum experuria domestica nihil soluere. **9nus.** Casimirus Cybutis filium habet unum Nomine Bartholomeum. Is tenet Semilaneum fundi preter laborem nihil.

Villa Szpeduny. Habet Laneos alias Włok N° 4

Debitum eorum idem est ac est specificatum Supra per expressum priorum Subditorum Nomina autem eorum Sequuntur hæc.

1mus Mathias Zubrzycki. Sterilis tenet laneum integrum ex primo semilaneo laborat, ex alio censum pecuniarem soluit flor N° 5. **2dus** Georgius Waszkadutas tenet semilaneum. Recens hic quia est, ideo, solum laborat. Cæteri autem Semilaneos agri Lanei preter prata quæ ad prædium colliguntur inculti iacent.

Lacus, Stagna, et Piscinæ Spectantes ad Conuentum Videns: in omnibus Prædiis.

1mo. ad Prædium Żyznowka. Lacus Bliżuniec, Stagnum unum ad Latutstawski Piscinæ 2.

2do. ad Prædium Basturny Piscinæ 2.

3tio Ad Prædium Untołcie alias Kurłele Stagnum 1 ad cuius finem Molendinum est, cum omnibus requisitis.

4to Ad Prædium Indkietry Piscinæ 3. Lacus autem hi sunt 1mus Daruży 2dus Indkietry **3tius** Dumbl. **4tus** Liminiec maior **5tus** Liminiec minor. **6tus** Dargwsz. Ex legatione autem piæ Memoriæ Magnifici Domini Nicolai Uniwowski. Ingressum habemus ad lacus dictos, Madkiasty et Szyrny:

Cæteri autem Laius in Iure Specificati in singulari Registro expressis Illorum Nominibus corrigentur.

Familia ad Præposituram Videniensem In Prædijs spectans.

In Prædio Zyznowka duabus famulabus soluunt florenos 12. duo paria ocrearum et vellera duo.

In Prædio Basztuny Materfamilias nondum conducta.

In Prædio Trzkietry Matrifamilias soluunt florenos 6 par ocrearum et velus unum.

In Prædio Lizyszki totidem soluit Matrifamilias.

In his omnibus Prædijs Pecunias nihil soluit præter Indumenta.

Taberna In Oppido Hidenisski.

Suma Universæ Crescentiæ ex omnibus prædijs ad Ecclesiam et Conventum Videniensem spectantibus. Anno Dni 1693. Siliginis Hyemalis Sexagenæ 372 man: 20: Siliginis Vernæ Sexag: No 19. Manipuli 40. Tritici Verni Sexag: 25. Avenæ Sex: 147. Hordei Sexag: 120. Pisorum Sexag: 50. Ocimum adhuc in campo, non collectum, ideoque incertum.

Summa Pecuniaris ex Censibus ad Annum - - - - fl No
Ex molendino - - - - - - - - - - - fl- No
Ex Taberna Videniensi - - - - - - - - - - fl- No
qua de causa contra hoc
Ex Taberna Shlemianensi - - - - - - - - - fl- No
Conven Crac S: Marci
Ex Censibus Ordinarijs - - - - - - - - fl- No
protestatur Nomine Pris
Ex Carbona sacristiæ - - Adriani Gruszkalski prepositi eiusdem Conv

Boves, Sues, Oves, et Cætera jumenta, tum etiam, Casei, butirum, et fenum, nec colliguntur propter paucitatem Jumentorum, nec venduntur.

Coria Jumentorum asserit pro calceamentis Fratrum omnia esse impensa, quæ hoc anno repleverunt No 13.

Pelles ovinas asserit, omnes pro pellicijs expendi; ad quas repleverunt No 20. ex illis ovibus, quæ secundum inventorium peculiariter assignatæ, erunt pelles ovinæ - - No

Plumas anserinas, pro pulvinaribus Fratrum.

Linteum, tam lineum, quam Cannabis factum, pro Fratribus et familia. Cubiti No fuerunt lini- et Cannabis fact. No

Ex Lacubus pro venditis piscibus Census sunt pulvis Annuus incertus. Interdum major, interdum vero minor, secundum capturam piscium majorem vel minorem

Rete magnum nondum paratum. Retia minora No 2.

Suma ad Ecclesiam Videniensem Legata.

Super Villa Zowniany a Dno Adamo Modrzewski flor: 300 et Dna Kopciowa Legata Suma, quæ modo apud M.D. Stai Marschalcu Wilkomierensi fl: 1000. Et a Dno Kosimiro Kogel Capitaneo Okstoviensi legata Suma fl: 500. a Dno Petro Daubor sup bonis Bolniki iure reemptionali inscripti fl: 1100 Sine omni Iusta et vera Causa

---

Prædium Zysnowka Expositione Conventus Cracoviensis Translatum est ad Conventum Trzcinensem A 1781. P. Brozkal

Anno ut Supra Quo 12 7bris Rndissimus Comissarius, facta ad Fribus Conventus Congregatione In Refectorio comuni, horis antemeridianis, postulavit a Pre Procuratore, produci sibi Registra, Proventuum et Expensarum Conventus Vidmensis, qui vocatus Pr Procurator, produxit Registra Proventuum per se scriptorum, ab Ao Dni 1692 mense 8bris Die 16 usq ad Annum praesentem 1693 diem 19 Augusti annotatorum et secundum Ordinem Mensium per Pres Conventus subscripta, quae Rndissimus Comissarius calculando prout sibi porrecta erant, reperit Universi Proventus pecuniarij flor 1208 gross 8.

Quesitus vero idem Pr Procurator, et requisitus a Rndissimo Comissario in praesentia Prum Conventus de Registris in quibus annotari debuit trituratio Extra ad granarium frumenti inductio ex granario ad braxatorium, sive ad aliquam Conventus necessitatem eiusdem Conventus expensa, tum etiam tornas frumenti ad braxatorium, vices braxatorum in mense, tam Cerevisiae quam cremati, ut distincta omnium ratio haberi posset, quae omnia Pr Procurator se hre dixit nec produxit

---

Ex Proventibus Sacristiae a 1mo January Anni praesentis usq ad 6. 7bris fl: 56

In eadem Sessione Pr Vicarius cum toto Conventu petijt concedi sibi pro minoribus necessitatibus distribuendam unà cum Fribus suis Carbonam, quam Rndissimus Comissarius in aliud tempus rejecit.

Tandem habita Proventuum Informatione, ex quo Servuli Dei vivere et Deo sustentari militare possiat, ad personalem Visitationem processurus, ijsdem Visitatione Cellarum tum etiam privatum Scrutinium, super singulorum vita et moribus instituendum intimavit, prout defacto processit et instituit.

NB In Cella Patris Urbani nimium stillat. In Oratorio nimium stillat et pavimentum destructum. In quarum cellarum Visitatione Rndissimus Comissarius praeter egestatem et miserias nihil reperit. Atq Inprimis. Malum nimis pellicum, apud Prem Jacobum Pudrynski, et Pre Thoma Pralko invenit: tum etiam apud eosdem et habitus nimis antiquos deprehendit.

Quo facto Processurus ad Inquisitiones personales, exhortatus est omnes et singulos Pres ac Fratres, quatenus sibi veritatem dicerent, in ijs in quibus interrogabuntur, cum hoc et saluti animarum, secundum Regulam S: Pris Augustini, et bono comuni, maxime conveniens sit, contra mencientes Spiritui S: Sententia Excomunicationis in forma solita fulminavit. Eosq secundum sequentia interrogandos per Prem Mathiam Szeywelbein Notari ordine suo fecit.

Interrogatoria

1mum Utrum Officio Divino Satisfaciat 2dum Utrum Obligationes ex vi Fundationis semper absolvant 3tium Ut: Constet quod Pr Hizynius patrem aliquem sibi congreget ex Fribus ad reassumendam Infulam 4tum Ut: Pr Praepositus diebus Solemnioribus utpote Pascha et similibus alijs missas Conventuales in Infula celebret, 5tum Ut: necessaria dent 6tum Quam portionem hnt, 7mum ut: Ebrietates vitent 8vum ut: Religiosae et secundum Regulam vivant 9mo Ut: omnes Superiori obediant 10mo Quare Lampades oppignoratae.

Atq Inprimis 1mus vocatus Casimirus Zembricki Laicus Professus ad 1mum interrogatus Respondit, Semper Implere. Ad 2dum absolvi respondit obligationes. Ad 3tium nescit. Ad 4tum respondit non celebrasse solemniter. Ad 5tum respondit dari indusia, ex quo iam habitum accepi eo quatuor anni. Ad 6tum respondit tres porciones dari quando cum carnibus vescimur ad prandium, duas ad cenam, diebus vero ieiuniorum, ad prandium aliquando dari pisces ad cenam nunquam. Ad 7mum dixit interdum Prem Praepositum crapulari, Frem vero Basilium semper. Ad 8vum respondit nescit Ad 9nu nescit. Ad 10mo respondit pro una

Brat Kazimierz Zembrzycki mp

2dus Fr Basilius Zegim a Pre Hizynio in Clericum consecratus, Professus Ad 1mum

Ad 1mum respondit semper absolui. Ad 2dum respondit absolui Ad 3tium. Nescit
Ad 4tum. Nunqm absoluit solemniter Ad 5tum respondit dari sibi ad 6tum. Porciones
dari sibi ut supra. Ad 7mum. respondit se dixit interdum et Patrem Praeptum inebriari ad 9num=
nescit. Ad 8uum. respondit affirmatiue. Ad 10mum nescit. Fr Basilius Zeglinski
3tius Christophorus Stanieuicz ante celebrationem missae. Ad 1mum respondit — mp
semper absolui. Ad 2dum respondit absolui. Ad 3tium Nescit. Ad 4tum. Non celebrauit
solemniter. Ad 5tum respondit bis accepi indusia, Habitum vero ipse comparaui Ad 6tum res
pondit dari sufficientem. Ad 7mum ℞ Fratrem Basilium semper inebriari. Ad 8uum. Nescit.
Ad 9num ℞ prestare obedientiam. Ad 10mum. Nescit. Christophorus Stanieuicz mp
4tus Adalbertus Kobielski Presbyter uocatus. Ad 1mum interrogatus ℞ semper im:
pleui. Ad 2dum ℞ semper impleui Ad 3tium Nescit. Ad 4tum. nunquam celebrasse solemniter
Ad 5tum ℞ a tribus annis iam se habitum et Scapulare non accepisse, et ostendit Scapulare
laceratum. Ad 6tum ℞ non semper porciones sibi debitas dari. Ad 7mum ℞ Patrem
Praeptum et Fratrem Basilium saepius inebriari. Ad 8uum Nescit ad 9num. exhiberi
omnem uenerationem. Ad 10mum Nescit. Adalbertus Kobielski mp
5tus Thomas Piwko. Ad 1mum. Res: Impleui Ad 2dum Impleui Ad
3tium Nescit. Ad 4tum Nunqm celebrasse. Ad 5tum datas sibi esse Ad
6tum Quando presenserunt Aduentum Rdissimi Comissarij ceperunt dare meli:
ores portiones. Ad 7mum ℞ mallemus quatenus ebrius Pr Praeptus nunqm ad Cho=
rum ueniat quia semper turbat cum scandalo Ad 8uum. Nescit. Ad 9num.
Exhiberi obedientiam. Ad 10mum. Nescit. Pr Thomas Piwko mp
6tus Vrbanus Balewicz. Sacrista. Ad 1mum. semper impleui Ad 2dum
absolui Ad 3tium Nescit. Ad 4tum Nunqm celebrasse solemniter Ad 4tum
dari sibi. Ad 6tum saepe contingere quod sine pipere comedant. Ad 7mum.
℞ saepius Patrem Praeptum inebriari et Chorum turbari Ad 8uum Nescit Ad 9num.
prestare obedientiam. Ad 10mum Nescit. Pr Vrbanus Balewicz mpp
7mus Mathias Szeweybein Procurator Ad 1mum absolui
Ad 2dum Impleui Ad 3tium Nescit. Ad 4tum Nunqm celebrasse Ad 5tum a 4.
annis habitum se non accepisse. Ad 6tum. Contentos esse. ~~Ad 7mum~~ saepissime=
Patres sine pipero comedisse eo quod apud se habeat. Ad 7mum Patrem Praeptum cra
pula grauari et Chorum turbari. et Fratrem Basilium dormire in choro ebrium Ad 8uum
nescit. Ad 9num Reuerentiam praestari. Ad 10mum. Nescit. Pr Matthias Szeywelbeyn mp
8uus Pr Jacobus Pudzynski Ad 1mum ℞ Absolui. Ad 2dum impleui. Ad 3tium
℞ audisse quadam uice a Patre Praeposito Ebrio haec verba. Adhuc ego efficiam quod dispe=
latus ero spero enim mihi responsum Roma breui Ad 4tum ℞ Nunqm solemniter
celebrasse ℞ Semper, summo mane Sacrum absoluisse, quando dies solennes erant Ad
5tum. A 5: annis se nulla necessaria accepisse cum graui dolore suo exposuit
Ad 6tum ℞ multis uicibus Pri Praeposito optima, mensae vero Fratrum pessima oblata
fuisse. sine pipere et sine oleo tenuissimas sibi porciones ante Aduentum Rdissimi
Comissarij datas fuisse Ad 7mum. ℞ Patrem Praeptum saepissime inebriari et
ebrium Chorum turbare Ad 8uum ℞ Nescit. Ad 9num. Prestare obedientiam.
Ad 10mum. Nescit. Pr Jacobus Pudzynski mp
9nus. Venerabilis et Adm Rdus Pr Carolus Paprocki Senior Pr Vica:
rius Videniliensis. Ad 1mum ℞ impleui semel Pr Piwko missam conuentu
alem legit eo quod Organarium expectare noluit, Hoc autem fuit me infirmante.

Ad 2dum Rt adimpleri. Ad 3tium nescit. Ad 4tum Nunquam celebrasse. Ad 5tum Rt data esse sibi Ad 6tum Rt contentos esse Ad 7mum Rt sepius inebriari Pre Praeposito et tunc vexare Fres. unde quadam vice Pre Praepositum vexavit Ad 8uum Rt nescit Ad 9num. Praestari obedientiam. Ad 10mum. Rt provia Louicilensi

Fr Carolus Pagn
Ki Uk V.

Nonus Adm Rndus Pr Praepositus Videlniensis. Ad 1mum Rt impleri. Ad 2dum Rt impleri. Ad 3tium Contingere inter Fres crapulam sed non semper Ad 4tum Rt non esse. Ad 5tum Reverentiam exhibere Ad 10mum Rt provia Louicilensi Fr Melchior Niezynski Praeps Vid

Quibus ita visis atque revisis, auditis, probatis et deductis, omnibus et singulis, Reverendissimus Commissarius, inhaerendo Constitutionibus Ordinis et Sacris Canonibus, tum etiam communi Ecclesiae iuri, nec non Decretis Summorum Pontificum et Reformationibus, super omnibus et singulis supra scriptis, a se visis, auditis, et coram se probatis, reformandis, reinducendis, et conservandis, Sequentia tulit Decreta, et Constituit Prout de facto fert, et decernit.

Decreta.

1mum Circa Ecclesiam ab intra.

Quoniam pulchritudo, proportione partium intra se convenientium et rite dispositarum constituitur, ideo Rndissimus Commissarius, volens ut maiestas Ecclesiae ab extra invitet maiestatem suam contenta ab intra. Altare maius aliud procurandum, Ambonam depingendam, et Scamna maioris Chori, pars de novo danda. Pars etiam restauranda praesenti Decreto suo, admonuit et constituit. Sed quia hoc sumptu aliquanto indiget, ideoque totum per modum Consilii debeat Adm Rndi Pris Praepositi conscientiae et vulgatae pietati suae faciendum committit.

Circa Sacristiam

Quolibet Anno ex proventibus Ecclesiae et Conventus emantur una Casula nova vel quot emi poterunt. Quoniam ob antiquis et destructis non est medium, quo Solemnitates suas in hac Ecclesia valeant exercere. Quae autem Casulae reparatione indigent, omnino reparentur.

Circa Metricas.

Copulatorum Metricas uti egregias et ordinatas laudamus. Baptisatorum vero cum nobis dissipatae et incompletae producerentur, alias ordinarias et copulatorum similes comparari debere praecipimus; nec non et librum mortuorum et in cemeterio sepultorum.

Circa Oratorium sive locum peragendi Divina Officia

Magnificas Laudes Dei, et in frequentia Fratrum, in tam celebri Ecclesia decantari solitas, comptus decet etiam loci et Authoritati convenientes. Cum ergo in Choro sub campanis, nimis sit exiguum et inconveniens, informis autem Minoris Chori, ut ipsi rijs insolitum, horas Canonicas, Vesperas et Matutina a Fribus dici et decantari, eo quod vel habitus habeant laceros vel ipsi Cantus choralis sint ignari, eas rationes ex prudenti respectu, quamvis refutabiles tantisper acceptamus, et tollerari non debetas, propter certos respectus ad tempus tolleramus. Et quia negandum est, errori serpere, et vitiis ulterius progredi, ideo praecipimus ut Fres honesta induant, et in Cantu Chorali edoceantur eos vel Chorum publice intrare vel ora in laudem Dei pudeat aperire, in formis Chori Minoris eos In choro Officia Divina more Canonico absolvere volumus, usque ut absolvant praecipimus. Quod si vero aliud melius expedire videbitur, aedificetur Oratorium honestum, ex opposito Sanctissimi Ingressu et Praelatum Divina peragentibus attendere, et Fres in unum congregatos prima pro Deo Laudes deceat decantare

Circa Cantorem.

Psalmodia Divina Solatium est Sponsae militantis et a praesentia intuitiva Sponsi in

Nam

hac Lacrimarum valle tantisper remotæ. Hæc enim cælestis hymnodia est per quam et angustias suas, et desideria atque futurorum gaudiorum semina, æterno Regi usque ad delicia cordis nostri communicant animæ. Quare cum nihil sit pulchrius ad deus honorem canentium in choro concordiâ, et nihil propius ad nauseam, canere nescientium discrepantia ideo, præter eruditionē sui instructionali cantu volumus ut sit cantor chori ex Fribus Ord's Nri, quem omnes uti choragum suum, et Angeli Nri sequi debent et imitari.

Circa Libros Chori.

Graduale, Psalterium, et Antiphonarium omnino reparentur.

Circa frequentationem Chori.

Diebus duplicibus, et infra Octavas, tum etiam diebus Dnicis una ex Horis Canonicis cantetur et Vesperæ, Diebus vero Solemnioribus, duæ horæ cantentur, hoc est: prima et 3tia. Et quia præsentia Prælati seu Præpti, non solum Fres ad Divina invitat, sed etiam sancto eorum muneri authoritatē aliquandam addit, ideo volumus ut Pr Præpstus quoties fieri potest et ipse legittime occupatus non est cum Fribus ad peragenda Divina in choro sit præsens, sciens se Deo cum Fribus canere cum quibus utique non erubuit velle eidem blitare. In choro autem omnes et singulos Fres volumus esse. nisi illi evidenti et palpabili causa fuerint excusati. Concionator ea die qua concionē habuit, si conscientia toleraverit, a choro liber erit.

Circa tempus agendi Divina

Horas quibus ea, quæ Dei sunt, Fres conventus huius præsentibus Nobis in toto corde faciebant minime mutamus, quin imo confirmamus et conservari præcipimus. Ut autem lectionem Librorum Spiritualium, horis sibi liberis, exerceant, et meditationes uti ignes cordium addiscant, Adm Rndum Prem Præptum, pro salute Fratrum suorum vigilē atque solicitum esse volumus. Quare et libros meditationum eis suggerat, et meditari doceat, et fructus tempore opportuno meditationum percipiat

Circa Septa Monasterij

Deest sepimentum Pomarij circa aquilonem. ne sit locus ad invadendum suspicioni, ut pote existentibus Fribus in clausura.

Circa reparationem tectorum Monasterij

Supra cellā Pris Urbani, sine ulla mora fiat tectū quamvis stramineum ad tempus ne per supinam negligentiā ad extremā ruinam deveniant hæc ædificia.

Circa Necessaria Fratrū.

Cum tot sint pelles ovinæ, volumus ut omnibus et singulis Fribus dentur pellicei Novi quos in futura Visitatione Nra omnino revidebimus. Antiqui vero distribuantur familiæ, et Pauperibus. Habitus, omnibus et singulis Fribus, qui magis indigent, dentur Novi; Antiqui vero in tunicellas convertantur. Et ut honestius incedant, loco pelliceorum nudorum, prædicta tunicelle pellibus ovinis subducantur.

Circa piscationē in Lacubus et Stagnis.

Ne duplici gravemur damno Possessionem scilicet et fructum piscationum negligentes, curet Adm Rndus Pr Præpstus, Lacus in quibus Possessio datur retibus conventualibus impleri et littora sua custodiri.

Circa Cibum et potum.

Quamvis plus laborantes, plus quoque indigent refici non tamen id sine scrupulo intelligendum, ne consuetudo delicatē vescendi aut Nutriendi, habitum pervertat Religionis, et Paupertatis faciat delicatum. Ideo omnes et singuli Fres nemine excepto etiam Præpsto sine Prælato suo in communi eodem cibo vescentur, eodemque potu recreabuntur nisi rationabilis Necessitas cum aliquo aliter dispensaverint. Piper etiam et oleum dabitur omnino Fratribus ad fercula tale condimentum poscentia.

Circa Carbonam.

Propter minora et frequentia Fratrum necessaria, quibus offerendis Superior uti conqueritur non semper sufficiens, quolibet Mense aperiatur carbona et distribuatur, ducta proporcione magis vel minus dignorum. Depravatis vero et crapulae assuetis, non dabitur ad manus, pars eis quae ex sorte venerit, sed apud Procuratorem habebitur, ut petenti quod sibi utile et salubre fuerit, sine cunctatione offeratur.

Circa Patrem Praepositum.

Caveat Admodum Rndus Pater Melchior Rogowski Praepositus Videmilensis, quocunque Titulo aut pretextu, Monitorium Eminentissimi Principis infringere aut violare. Deoque ambitum Infulae omnino deponat, longe magis, pro ea reassumenda Fratres concitare aut cum eis correspondencias facere, aut litteras attentare, certo certius inutiles sed damnosas, Sibi et Sacro Ordini periculosas, sub poena hostilitatis in Sacro Ordine incurrenda, eidem quoque ex teneritudine affectus Nostri Sobrietatem commendamus.

Circa Patrem Procuratorem

Registrorum maiorem diligentiam, et necessariam suo muneri experientiam addiscat Pater Procurator Conventus Videmilensis, quare ut omnium Proventuum et expensarum aperta ratio habeatur curabit Pater Procurator meliora quam Nobis porrexit conscribere Regesta, ita, ut nos docere possit distincte de perceptis ex censibus Villarum et reemptionalibus, aliter ex perceptis ex Tabernis et molendinis de messe frumentorum et triturae, tali verbi gratia methodo. Zyta wzięto kop etc: dnia tego obito kop etc: z tego beczek etc:; In expensis vero sic. Zyta na chleb do Konwentu wzięto etc:; dla Czeladzi beczek etc: Na słód gorzałczany etc: z tego beczek słodu etc: z tego gorzałki garcy etc: Do Konwentu garcy etc: Na karczmę garcy etc: Na słód piwny beczek etc: z tego piwa beczek etc: Na Konwent beczek etc: Na karczmę beczek etc: Et sic circa quodlibet faciat frumentum. Quod si vero ad Braxatorium contigerit misceri frumenta scribat Registrum tale. Ut mixturam illam dictam słód specificet quibus et quot et cuius mensuris frumenti constat verbi gratia sic Na słód piwny mense tegz etc: Zalam Jęczmienia etc: Pszenice etc:, Owsa etc: Zyta [illegible] etc: z tego beczek etc: ~ Garcy gorzałki etc:

Circa Communem Cistam.

Quamvis munus semel iniunctum et ex occultis causis non impletum potius animadversione quam iniunctione indigeat. Tamen nos Paterne procedere volentes adhuc Admodum Rndo Patri Praeposito iterum monemus quatenus in Conventu Cista sit communis, aliquot seris occlusa, ad quam pecunia ex proventu communi reponatur, et secundum exigentiam necessitatis a Claviarijs Patri Procuratori, certo numero distribuendo detur. Et in locum eius, chartula exemptae pecuniae numerum continens in cistam Cum et Mense descripto reponatur ad diem calculationis futurum

Circa Praedia

Vaccae, et alia iumenta ut plura quam nunc sint in Praedijs ad Conventum Videmilensem spectantibus, eaque tanto numero quanto ali possunt feno iniungimus atque praecipimus. Grande enim fit in Praedijs damnum, quando et agri inculti debite dant frumentum, et Conventus fructu Lacticiniorum defraudatur, qui in hac amplitudine pecorum alimenti sufficienter haberi possunt. Cutes iumentorum occisorum, Pelles ovinae, et Plummos anserum Superiores et inferiores omnino colligi conservari, et ad futuram Visitationem Nostram, ut eorum ratio offerri possit connotari praecipimus. Hoc autem munus erit Patris Procuratoris. Cui authoritatem damus ut super omnes Officiales praediorum advideat, eorum diligentiam inquirat, operibus et fructibus attendat, cum dependentia tamen Praelati sui. Ut autem Proventuum et Expensarum frumenti, fideliter administratio et nobis de eis plenior sit informatio, Volumus.

ut duo sint in prædio homines; Unus attendens horreo, qui sexagenas ad triturandum dabit et excussa frumenta secundum mensuras suas ad granarium accepta connotabit. Alter verò qui eadem frumenta à granario connotata recipiet, et ex granario similiter connotata expendet

Circa Pœnitentias Fratrum

Pater Piwko pro eo quod Adm Rndo Pri Præpto suo refractarius atq rebellis extiterit in eum verbis offensivis scandalose insurrexerit, sedebit in cella sua occlusus et nū nisi ad Divina Officia vocatus per continuas decem hebdomadas, et toto hoc tempore tam ad Chorum qm ad mensam sine Scapulari incedet. Sumet cibum in terra tribus ferijs sextis et dabitur ei porcio extrema faciet disciplinas in Refectorio ad mensam tres ferijs quartis; voce activa et passiva usq ad biennium privatus et ultimo loco sedebit per totum biennium. Et hoc ultimo monetur ne similia præsumat sub pœnis longe gravioribus. Fratris Basilij culpa indomita ebrietatis ad futuram convocatione proximam reponitur. Cætera facienda et observanda, Deus cordium Rector inspirabit consijs vestris Fres et anima habens timorem ejus facile apprehendet quod sibi ad salutem necessaria fore, mens pia persuaserit.

Atq his ita peractis Rndissimus Commissarius ad audiendas culpas Generales perexit pro quibus placando Divinam Majestatem omnibus et singulis tres disciplinas in comuni faciendas diebus Sabbati assignavit, ex quibus primæ et ipse interfuit, atq sic Benedictione Generalem omnibus et singulis dedit, Preservata nihilominus Excomunicatione super eos qui se in scrutinio præsentis Visitationis defraudarunt, silentes secundum interrogata veritatem.

Circa Prem Præptum.

Magnæ nimium offensionis est bona Ecclæ tenere eiusq Præsidem vocari, et pro Eccla nihil agere, nec in Eccla uti Præsidem et animarum Pastorem comparere his v maximè diebus quibus et Præcepto Ecclæ, et rectitudine conscientiæ, ad id quod muneris Nri Rao postulat pro decore Domus Dei faciendum inducimur et obligamur. Quare seriò monemus Adm Rndum Prem Præptum Videniensem, quatenus inanē sive fastum sive pudorem deserat. Solemnitates Ecclæ suæ quam decentissimè exerceat, nec ullo pretextu ab exercitio earum subterfugiat. Missas Sollennes, diebus Sollennioribus, et Vesperas quas sibi elegerit ipse celebret. Verbum Dei, interdum in Eccla sua prædicet. Sciens hoc munus ēē Divinum, et verè Apostolicum. Conciones Lituanas sive potius Catechismos in sua Eccla ad erudiendam plebem prædicari curet, v maximè tunc, quando plebs frequens adēē solet. Concioni tn Ordinariæ polonicæ, Lituana concio minimè præjudicabit. Decemviros in Villis ad Conventum suum spectantibus constituat. Qui plebem nobis subditam, et ad Sacrum ire potentem diebus Festivis expediant et negligentes connotent sibiq puniendos deferant. Hæc et alia Pastoralis muneris Officia Adm Rndum Prem Melchiorem Szynski Præptum Videniensem facere n pudeat nisi forte eundem ēē Præptum Videniensem puderet.

Circa Dispensatorem.

Male hæc in unum conferunt, Procurator et Dispensator, quia Procurator bonis Conventus omnibus invigilat atq attendit. Opera subditorum impleri, fructus ex Prædijs possibiles et hutos posse percipi, Administratoribus Prædiorum attendere, negotijs emergentibus obviare, et totum quidquid ex Prædijs perceperit, Conventui dt offerre. Dispensator verò, à Procuratore oblata, sive à Fribus clavarijs sibi ad dispensationem data in usus et utilitatem Conventus secundum necessitatem postulat expendere. Foris ergo Procuratoris solicitudo, Domi verò Dispensatoris cura atq prudentia requiritur.

Volumus Igitur, ut præter Procuratorem, sit etiam in Conventu Nro Videniensi Dispensator aliquis ex Fratribus, Sobrius, fidelis, modestus, et continens, id est non prodigus, nec furibundus.

Circa idem tempus. Rndissimo Comissario literæ ad se ex Parochia Ponemonensi et à Pre Woytkiewicz ad Rndum Prem Præpositum Videniensem datæ nescitur qua fraude aut dolo clam occultæ, receptæ et interceptæ. Quarum Interceptorem probatum et testibus deductum, quamvis ignotum, Generali verbo quicunque est: Excomunicationis pæna clara voce innodavit tamdiu donec literas restitueret.

Obedientiarum Fribus Romã pergentibus Sub tempus Visitationis suæ datarum Tenor sequitur talis.

Ab Eminentissimo Principe Celsissimo Illustrissimo et Rndissimo Dño Dño Michaële S. R. Eccliæ, Tituli S. Mariæ de Pace Cardinali Radzieiowski Archiepiscopo Gnesnensi Legato Nato Regni Poloniæ et M. D. L. Primate primoque Principe, totius Ordinis Can: Reg: S. Mariæ Demetri, de Urbe, de Pænitentia BB. MM: Protectore et Conservatore Favendissimo. Authoritate Aplica deputatus.

Sylvester Concessus Rodziewicz Can: Reg: S. Mariæ Demetri de Urbe, de Pænitentia BB. MM: Comissarius Generalis Præpositus Trzcianensis Humillimus.

Adm Rndis et Religiosis in Xto Patribus Ordis Nri Professis et actu Præsbyteris Liberio Rinda Definitori habituali et Adamo Kudacki, utrisque eorum Philosophiæ Doctoribus et Professoribus Salutem in Dño.

Iam expediti ad Originem eiusque vetustissimæ domûs Nræ non protremi Fratres, iam missi ad horreum boni tritici electa grana, iam emissi, Sagittæ electæ, ad centrum Orbis Universi, quem vos in præsens adoratis, et nos à longinquo loco remotiores Suspiriis prosequimus ac desideramus, Iam Lilia candidi horti pulcherrima, ad paradisum terrestrem in odorem futuræ maioris Suavitatis transplantanda properatis; lapides pretiosi ad Petram quæ est Xtus, Oves ad Pastorem animarum Nostrarum hodiernâ die felicissimum, ac Beatissimum INNOCENTIUM XII Pontificem Maximum, pars terræ benedictæ, et fertilior Sanctitatis portu, ad quos cutanda limina Aplica, ad venerandam adorandamque Universæ Sanctitatis Sedem, choragium Nrum humilitatis et Submissionis erga S. Sedem Aplicam eiusque Beatissimum Vicarium congesta ac Semper Non Sterilibus votis optatæ unitatis compendium, properatis, ad S. Epporum et Regularium negotiis et consultationibus præpositam Congregationem cum Actis Capituli Nri Lovicensis Glis. Sub Fortunatissima Eminentissimi Prælibati Principis Dñi Dñi Nri Clementissimi, secundum breve Aplicum inchoati, celebrati et perfecti, Præsidentia, tanquam ad Eminentissimos et Reverendissimos Præsides Dños Dños Nros Clementissimos, pro approbatione eorundem Actorum, zelo gloriæ Dei, et Religiosæ in Ord. Sacro observantiæ, curritis assignati. Quare felices vos et nræ comunis omnium felicitatis Principes, facile assignamus. Quod enim in bono totius Nationis desiderabilius, quam ad centrum unitat Quod in Religionibus Sacratissimis utilius atque Sanctius, quam ad Salutaria et gloriosa, secundum unitatem promoveri! Iter vestrum præsens inter nos omnes, restitutâ per Sacram Sedem Aplicam Omnium pace primum atque legitimum, est quasi fluminum ad maria sua intrantium. Venietis enim uti filii ab gine Nra Principe Beati Pontificis Maximi fundatione et Sacræ Religionis Nræ iugiter in obsequio S. matris Romanæ Ecclesiæ purpurâ Martyrum Creatorum sine ruga et nota antiquissimæ itemque prima omnium duratione demonstrati candidi et rubicundi in Benedictionem Summi omnium

Religionis

Religionum et Nri Ordis Beatissimi Patres, illi nõ tm̃ Vrã, sed etiã omniũ Nrã humillima capita ad pedes Sanctissimos devotissimâ subjectione inclinantes. Negotij Authoritate, totius Ordis, bona et prospera, vota, gemitus, et Suspiria ~~totius~~ eius, pro conservatione, restitutione et dilatatione Sui non interrupta et continua, corde sincero atq; ad omne Gratiarũ et Benedictionum genus offerentes. Hinc est, quia nõ obedientiam nõ facultatem, uti ab oibus in Capitulo Generali nobis ab ipso Eminentissimo Principe Dño Nro Clementissimo, ad id munus assignatis, ac deputatis Ordis Fratribus, à nobis immunitam et concessam, sed familiarissimã, animi Nri vobis nõ uno in S: Religione argumento cogniti benevolentiam offerimus. Atq ut officiũ Nrũ qualẽ in Dño valemus impleamus, damq authoritatem per praesentes Adm Rndis Vris et primario Adm Rndo Pri Liberio Plinda Definitori Ord: habituali, secundario verò Adm Rndo Pri Adamo Rutarski uti socio eius causas Ordis Sacri in Actis Capituli connotatas et expressas apud S: Congregationẽ Epporũ et Regularium pro bono Sacri Ordis et nõ aliter promovendi. Procuratorem in Curia Romana, bene in negotijs similibus probatum et versatum, eligendi et constituendi. Vt autem cursus vester in S: Religione sit floridus, et Laurea dignus, concedimus Adm Rndis Prtibus Vestris in Collegio Romano in bonũ S: Ordis melius visũ, et profectũ studia Theologica reassumere, et tamdiu, donec à nobis, imo vel à tota S: Religione ad aliud vocati nõ fueritis. Quod si ulterius circa approbationẽ Actorum Capitularium, aliqua nova et aliunde, quam ab Ordine Sacro expressa emergentia vobis occurrerent; praecipimus in virtute S: Obedientiae et sub nullitate attentatorũ, tum etiã sub poenis in Constitutionibus Ordis praescriptis, quatenus Adm Rndae Vrae, ea omnia Eminentissimo Principi, uti Conservatori et Protectori Nro Amplissimo v Suae Eminentiae, per nos offerenda et significanda cognita faciatis. Et aliter nullo modo causam aliqm quae totum Sacrum Ordinem, vel notabilem eius partem afficeret ingredi aut prosequi, longe magis evincendã aut determinandã caveatis nec praesumatis. Florete Igit flores honoris et honestatis, usq ad delicias caeli et paradisi, crescite semina bonae et magnae in S: Religione Spiritus fructum centuplũ afferatis. Ite felicibus vijs, et SS: procedentes passibus Fres ex Religione Nrã BB. MM: ad terrã Beatam illã, quam post Apostoli successores, Sanguine SS: mm: nostrorũ purpuravit irrigavitq, ut pusillũ gregem Nrũ viris virtutibus ad meliorem statũ porrectis, Benedictione Sedis Aplicae sicut stellas caeli in obsequiũ S: Matris Romanae Ecclae multiplicari faciatis. Par Vestri Nobile, tanqm duo S: Religionis Matris Nostrae ocelli et Lumina, tanquam duae Magnae Aquilae huius alae, Dei scilicet et proximi ardentissimi amoris Simbola ad hoc Ordinatos vos eẽ noveritis, ut in Ministeriũ S: Ecclae et Ornamentum Ordis S: id reduces ad propria S: Religioni Nrae in solatiũ et fructũ offeratis, id quod D: Hyacintus Patriarchae suo Dnico, quod Dilectissimi Fres Leo et Maseus Seraphico Francisco. Et quoniam tantae Benedictionis ē S: Religionẽ Nrã, à S: Sede Aplica inspici et visitari, tantae Beatitudinis in Agmine Nro Eminentissimũ Principem Celsissimũ Illustrissimũ et Rndissimũ Dñũ Dñũ Michaëlem S: R: E: Cardinalem Radzieiowski cũ Augusta Majestatis suae Amplitudine tempore Nri Capituli Nri praesidere, ut nobis propitia Roma Orbis Dña fiat, et Nos ad illius Augustissimã omniumq Principum Metropolim, olim ex tribus in illa degentes Sociis, Gottica et Wandalica persecutione pulsi, in vobis tantisper restituti redeamus, ideo ut à Gratijs ad Gratias, à Sinu Clementissimo ad Clementiã procedatis, vos S: Sedi Aplicae tanqm supremae post Deum Authoritati, una cum omnibus nobis humillime ac Devotissime subjicimus, atque omnem benedictionem nobis et vobis exoptantes, et unice exorantes. Sacro Eminentissimorũ Celsissimorum et Rndissimorũ Dominorũ S.R.E: Cardinalium Collegio Dñis Dñis Nris Clementissimis, vos nobiscum in servos et indignissimos Oratores offerimus. Augustissimis Serenissimis et Excellentissimis S.R.E. Propugnatoribus ac Defensoribus, Sacratissimarũ Religionũ munificentissimis et Amplissimis Fundatoribus, Terrarũ Orbis et nationum per quas ire vos et peregrinari contigerit, Dñis Haeredibus et Rectoribus quos humillima subjectione Nrã devoluti, uti pauperes Xti obnixe comendamus quatenus Vos in Regnis, Principatibus, terris atq Dominiis Suis ad beneficentissimas Gratias amore Jesu Xti suscipiant in adversis et obviis viarum difficultatibus, Vobis in Nomine Dni Confratres, aut Beneficia eorum poscentibus succurrant. Illustrissimis et Rndissimis Dnis ac Pribus Ecclesiarum et Coenobiorum quorumcunq Praelatis et Rectoribus, Urbium et Civitatum Amplissimis et Spectabilissimis Administratoribus, ac Praesidibus, ad solitam benevolentiae et humanae exhibitionis indefessas dexteras Vos pectora Nra Charissimo pleno sinceritatis affectu praesentamus. Pro impensis in vos, ac simul in totam Religionem Nram omnibus ac singulorum Gratiis et Beneficiis Deus bonitatis Fons et Retributor, centuplum reddet unicuiq vobis, amore eius bona facienti, apud Suam Majestatem, Nos quoq obligatissimi et indigni Oratores sumus. In quorum fidem praesentes hasce manu Nra subscripsimus, et Sigillo Nro Commissionali communiri fecimus. Datum in Canonia Nra Videniensi Aº 1693 d. 4 7bris.

INTImatoriarum pro Convocatione Videniensi Provinciali emanatarum

Tenor sequitur talis.

Silvester Concessus Rodkiewicz Can. Reg. S. Mariae Demetri de Urbe, de Paenitentia BB. mm. Commissarius Glis Praeps Trscianensis Humillimus.

Universis et Singulis S. Ordinis Nri Provinciae Lituanae Canoniarum Praepositis eorumq vices tenentibus, Sacristis, Commendariis, Sacellanis, caeterisq Pribus vocalibus, et de iure ad Consilia Ordinis venire Solitis. Salutem in Dno.

Quos Divina Voluntas in altiore fastigio posuit, eorum munus atq officium est, ex subsellio suo, tamquam ex specula Commissorum sollicitudini suae necessitatibus providere. Jam vero universae Communitatis curam habentibus, plusquam debitum existimamus, ea, quae omnibus salutaria habentur, anheli studio procurare, et facillima exhibitione offerre. Authoritas regendi, et dignitas caeteris eminentior in bonum omnium destinata, pro publica felicitate optimas elegit partes, et apud fortunatissimas aequitate populorum Pres, a prima Origine sua, strenuo decertavit. Fallimur quoties in gradu superiori, quo caeteris altius eminemus positi, Nostros nos esse auguramur: vis illa libere eligens, quae ad custodiam communitatis, nos sive invitos traxit, sive felices destinavit, ex quo Paternitatem Nobis tribuit, Nos eripuit Nobis, et obtulit Fribus, quatenus eorum vigiles duces et Praeceptores essemus. Ergo cum ab Eminentissimo Principe, Celsissimo Illustrissimo ac Rndissimo Dno Dno Michaele S.R.E. Cardinali Radziejowski Legato Nato Regni Poloniae et M.D.L. Primate primoq Principe totiusq Ordinis Nri Protectore et Conservatore faventissimo. Dno Dno Nro Clementissimo, Nobis in Capitulo Nro Generali Lowciensi Authoritate Aplica Praesidente, quasi ad Patriarchalem dignitatem liberis Suffragiis Vocum electi, ab eodem Eminentissimo Principe Dno Dno Nro Clementissimo Authoritate Aplica confirmati extitimus, mox tremuli et vilitatis Nrae conscii, ut primum tanto oneri humillima brachia nra, benedictione S. Aplicae Sedis, et Authoritate Praelibati Eminentissimi Principis atq gratia sustentanda ex Obedientia porreximus, Omnes nostros conatus in commodum Vrum ad publicam totius S. Ordinis utilitatem, quantulumcunq sumus, convertendos necesse existimavimus, ut impleremus illud S. Pris Nri Augustini praeceptum, in quo ad universitatis bonum nos cohortando dicit. Quanto plus rem comunem, quam propria vestra curaveritis, tanto magis vos proficere noveritis. Venimus ad Vos Fres charissimi, arduis naturae es positi, et soli auxilianti Omnipotentis dexterae in patrocinium dati, per Naufragia, frigora, famem, et tempestates. Exercuimus Authoritatem Eminentissimi Principis Praelibati Dni Nri Clementissimi, iniunctam Nobis in Contibus Provinciae huius Lituanae Jurisdictionem

tionem

cum omni mansuetudine, patientia, et ut conycere ex indignitate nostra possumq humiliter.

Vidimus in Visitaone Nra prospera Provinciae huiq, et adversa, possessa et desiderata, claustra et clausas in eis victimas vociferaonis. Ploravimus, et gaudia in Dno interdum suscepimus cum tristibq aut gaudentibq in X̄to vobis. Sed plus ingemuimus poenitentes, qm gavisi sumus laetantes. Omnia tn a Dno caeli et terrae suscipientes, benediximus eum in cuius manibq sortes et benedictiones Nrae. In occurentijs necessitatum vestrarum, pars, quae virium nostrarum reperimus succurrere, non neglex.mus, quinimo ante desideria vestra adeo properavimus, pars malis misericordes nos vexantibq, prout pusilli potuimus, virtute ex alto roborati, obstitimus, pars deniq ad commune omnium vestri Consilium, determinaone, atq compositum una ad authoritate Nra iudicium reservavimq. Atq imprimis multa negotia, loca, et Personas Provinciae huiq concernentia, visum e nobis, congregatis in unum vobis, S. Religionis Nrae in X̄to filijs, proponere, et sensu communi determinare, ne aut praecipitantiae aut suspicioni alicui inter viscera Nra serpere occasionem daremus. Fundationes insuper Archivi pro iuribq et Privilegijs Ord Sacri, et locorum, omnium vestri praesentiam poscebat, ut communibus suffragijs aucti, locum tutum atq securum reponendis iuribq, ac Privilegijs Nris, tum etiam clavarios ad ea aperienda necessarios, fides et sufficientes provideremus.

Intimamus igitur per praesentes, omnibq et singulis Adm Rndis Pribq vestris futuram convocationem, qm intimare ab Eminentissimo Principe Dno Nro Clementissimo, facultatem petiuimus et obtinuimus, et hanc in sentu omni vrum promulgabimus et publicabimus. Locum pro concursu vestro Pres Adm Rndi, Conventum Videniczensem; terminum vo, diem decimam quartam mensis Septembris praefigimus. Confluite igitur apes mella caelestia ferentes, ad alveare vestrum, venite flores, agni aeterni deliciae ad hortum rosarum, ad locum odoris et fragrantiae, properate stellae in ordine et cursu vestro, adversus Sisaram animarum Nostrarum hostem, moveamini zeli animati ut enitaretis gloriam Dei portetis, fratisq lumina Magna ad obsequium die ac nocte S. Matri Romanae Ecclae. Conferte vobiscum iura et Privilegia, tam universum Sacrum Ordinem, qm singula loca vestra concernentia. Causas iniurias, damna necessitates, deniq Provinciae huiq et vestras, ad locum assignatum tempore praefixo una vobiscum adducite, a nobis humillimis vestris, qntum in Dno potlrimus, subsidium, levamen, auxiliumq obtenturi. Quod ut bono totiq S. Ordinis, sub candore Innocentissimi Agni, Eminentissimi Principis Dni Nri Clementissimi felicissime militantis, et votis vris, fortunatissime culminat praecantes adventum, et unanimem Adm Rndarum Pritum vestrarum concursum desideratissime expectamus. Datt: in Canonia Nra Czwerensi Ao Dni 1693 die vo 18 Augl.

Nostro sub Sigillo
Silvester Concessus
Rodkiewicz Vide gensus

L. S.

Mandamus in virtute S. Obedientiae praecipimus RR Pribq Sacellanis Pri Antonio Czybelinski Dusiatensi. Pri Michaeli Mikolaiewicz Sobocensi. Pri Urbano Balewicz ad Eccl̄as Parochialem Adm Rndi Dni Bohusz. Pri Mariano Dialowski ad latus Mi Dni Michaelis Oginski existenti, Sacellanis quatenus ad nos in loco et in termino praefixo Videmsios confluant, et censum â se S. Religioni debitum, ab illis apud quos degunt receptum, in toto comportent singuli quietaone a nobis et Paterna instructione habitur.

Pr Sergius Pinkowski in loco Secretarij
assumptus M.P.

P.

Praesentes literas intimatorias Conventuo ad Conventus transmittas, et Sacellanis notas ee faciant qui a Nobis nec sumptus nec vires sufficiunt

Año Dñi 1693 die vero 14, Ipso die pro Conuocaône assignato, Rndissimus Comissarius nolens, a praefixo discedere termino fecit cum Pribus congregati Sessionem, Intimauitque illis iam aduenisse diem Conuocaôni praefixam. Sed quia propter malas uias duo Patres Praepti Vilnensis scilicet et Mednicensis praesentes non adfuerunt. Ideoque aduentum eorum expectandum Pribus ita consentientibus necesse putauit, et Sessionem in Crastinam diem distulit.

Anno ut supra die vero 15 Xbris. Cum iam omnes et singuli ~~Praepti~~ Praepti confluerent, Rndissimus Comissarius celebrata missa de Spiritu Sancto Votiua. conuocatisque ad pulsum campanae omnibus et singulis Pribus, ad commune Refectorium, dicto Veni Creator, fecit legi literas conuocatorias Conuocaônis. et literas ab Eminentissimo Principe ad se datas quibus lectis Sermonem ad Pres habuit sequentem.

Sermo ad Pres Prouinciae in Conuocatione cogregatos.

Hora nona ante meridiem misit me Dnus, uobis omnibus Pres ita uolentibus, auxiliante in benedictionibus dulcedinis S. Sede Aplica, fulciente, et adiuuante Clementissima dextera Eminentissimi Celsissimi et Rndissimi Dni, Dni Michaëlis S.R.E. Cardinalis Radziejowski Archiepiscopi Gneznen. Regni Poloniae et M.D.L. Primatis, primique Principis totius Ordinis Nri Conseruatoris et Protectoris fauentissimi, plantare uineam Rx, et operari in horto Liliorum, usque ad uesperam. Diluculum et mane Nrum, origo S. Religionis, Sexta hora, regimen eorum, qui praecesserunt nos, dando iussa Fratribus ad salutem, in obsequium Dei, agmine suo congregatis. Hora nona nunc e, qua pro aeterna Patria strenuo laboratis Pres Adm Rndi caelestis aulae Milites, et candidis conscientijs vris, ad Regnum illud in quo nemo de populo, calculo candido, electi candidati; meque omnium Vri minimum, seruire fecistis uoluntatibus Vris, et operari continuo in horto vestro florido et amaeno. Quare, uoce et animo, primi omnium Hortulani, Magnitius Uniuersi Patris familias, Summi populorum Praesidis Maximi Religionum Pris et florum omnium floris Iesu Xti Dni Nri, inuitaui vos Pres Adm Rndi cohaeredes, Consodales, et Confficiales meos, ut una mecum iungeretis manus, inciperetis opus et succurrendo uotis consilijs fauoribus atque auxilijs mihi pusillo vro, perficeretis quam felicissime bene coepta. Dedi alijs ex uobis uerba haec, Venite ad me omnes qui laboratis; alijs haec, ite et vos in vineam meam, et quod iustum fuerit dabo uobis. Grande hoc et difficillimum omnium negotiorum negotium regimen tot atque tantorum Frum, conseruatio laesa et in ipso corde uulneratae S. Matris Religionis; debilitatae eius orbi palam expositae, plus ardua et aspera quam facilia negotia nra manutentio, disciplinae Religiosae inductio destructae in quibusdam pietatis, non unius humeris, sed omnium manibus indiget sustentari. Atlas hic et Mauritanus non sufficit unus, orbe uniuerso in auxilium coniurato et communibus brachijs opus habemus. Ex petra excutere flammas, et omnes in scintillas conuertere silices una et exigua non audet manus, Hi praesumptionis rea et fastus insolentiae conscia uellet deficere et aut Ziziphi saxa reuoluere, aut Icarias nomine facere aquas attentaret, soli regendo sibi unus non sufficit homo, sed Rectore, sed Custode, indiget atque Duce. Animi sexcentae necessitates, corporis mille solicitudines, Virtutum studia, de futura uita anxietas, de salute animae jugiter intenta meditaô, nuditas, esca, potus, tectum et ea quae Omnipotens subiecit sub pedibus, uicinus hostis et amicus prospera et infausta, vicia et peccata, mors et uita, postquam obsederunt hnc, caelum et inferi, gaudia et tormenta, Deus et hostis quasi Leo rugiens postquam in ultima unius cuiusque Nri Thulae expectent, atque prospiciant exitum nrum, nonne oculis? nonne uigilijs? nonne cautionibus? nonne Custodibus opus! Eheu, Vobis magistris Patres quis ita in hac uia Peregrinus incessit ut securos poneret gressꝰ? In hoc Stadio quis n̄ soleatꝰ cucurrit? In hoc Oceano quis sine fluctibꝰ etiā cū velis et remigibus cū naui, et anchorā ad littus properando peruenit in his tempestatibꝰ? quis n̄ iniurias perpessus? sub hoc Sole? quis n̄ adustus sub hoc cælo? quis imbribꝰ n̄ madiuit? quis in niuibꝰ n̄ friguit? quis fulmina n̄ pertimuit? In hac certaminis acie, et assiduā animū et inter et corpus lucta? quis v n̄ saucius ingemuit v n̄ emoriens occubuit? Si uniꝰ ttm̄ corporis, diligentem susciperemus curā, eas in immensum extenderemꝰ necesse: iam uerò corporis et animi tanq̄m Heri et famuli Principis et Subditi ingens solicitudo plusq̄m oēs totiꝰ uitæ nr̄æ occupat horas. Vadit animus in preceps sciens, remeatq frustra sana consilia expetens. Iam uerò, comunitatis Præsidem eē quid onerosius? quid grauius? quid molestius? quidue periculosius? Si centū oculi, si centum manus, si centum ora, pro custodia et regimine sui ipsius, exigua minuta sunt? pro Regimine et custodia omniū, q̄t oculis, quot manibꝰ? quot deniq opus ē linguis? Dij n̄ sine causa populorū Rectores causa dicti. Deꝰ enim Solꝰ ttm̄ sufficit digne mortalium gerere sceptra cuius et diuitiæ immensæ et manus Omnipotens, quiq totus oculꝰ et totꝰ mens. Nos verò nobis exigui ipsis debiles et infirmi, mortales et egeni, cū Salomone assistricem imploramꝰ Sapientiam, cū Dauide, manū inuitamꝰ Omnipotentis, cū Augusto Prūdē Oracula possimꝰ, cū Cæsare quiritibꝰ et Pribꝰ egemus purpuratis. Atq si aliorum Regimen difficile, meū certè totum arduū, et Gordio nodo arctiq inuolutū, et constrictum. Regnumq ttm̄, minimꝰ in Superos ht. Conuertendo me ad me, video eē ætate Iuuenem, uita et moribꝰ Deo melius notum peccatorem, scientiā debilem et imperfectū, ordine, uiri oīū infimum et postremum, undiq tanto Officio imparem et indignū. Si tremulꝰ et auxiliū de cælo implorans, pro munere meo, ad Sacram Religionem propero, primo intuitu statim conijcio eā eē Sanctissimam et antiquissimā, sed ueste lacerâ timoribꝰ concussam, et tremulā, afflictionibꝰ oppressam undiq et desolatam. Fama enim eiꝰ apud plurimos læsa, et nominis boni residuū: uiscera exulcerata, odijs, dissensionibꝰ, et machinationibꝰ infecta, Cōtus exigui et miseri, Ecclæ desolatæ et sine Ornamento; Bona Cōtuū paucissima n̄ buccella sed mica panis et hæc adhuc direpta et male custodita, Monasteria ferme Xenodochia, et habitantes in eis Fratres pauci numero, Sapientia et eruditione aut prorsus orbati et destituti, aut imperfecti, plus uento præsumptionis inaniter distenti, q̄m salutari Sapientia imbuti, pauci sunt qui laudari longe plures, qui corripi postulant et emendari, uitam Religiosam totā in eo positam eē existimant, quod habitu albo induti, portiones claustrales, elemosinas fidelium et lacrimas piorum, cū peccatis populi deuorent et absumant, Spiritus indocti mentalis orationis imperiti et ideo uiarū cæli ignari, sibi n̄ Deo eiaculatorijs n̄ Omnipotentis cor delicato amoris telo uulnerant sed in se ipsos uersi pupillā matris Religionis usq ad lacrimarū flumina offendunt. Virtutes quid sint, et quod earū ē Studiū quod deniq bonum et utile nesciunt, quia multi eorū a plurimis annis peccare didicerunt. Doctrinas SS Patrū, et codices mella animæ continentes, a tergo posuerunt, Vanitates et inania ante oculos explanârunt, ad concipiendū et cognoscendum ea, quæ sunt Salutis æternæ indociles et tardi, ad fraudes, astucias, et excusationes in peccatis celeri atq promptissimi. Cum natura centrum quodq suū inuerterunt, ad Deum n̄ nisi inuiti trahendi, a Deo facile recedere assueuerunt; Orationis horam eis intimare tædiū, otiorum totos permittere annos gaudium atq tripudium est, Ventrem alere usq ad nauseam pecorina uis atq sagacitas, mentem Diuinis Nutrire contra humanam ratione vix aliquibꝰ possibile. Paupertas in Auariciā, Obedientia in rebellionē, Flos castitatis in urticas, et uepres libidinū comutata. Superiores Subditi Inferioribꝰ, n̄ ea quæ salubriter uolunt sed ea quæ coacti debent iniunge

re

coguntz aut permittere. Timor bonos nō malos inuasit. Virtutibq frena et uitys datæ ē licentia: Peccatum ttūm punire volens et adhuc nō puniens, plus qm̄ delinquens et in delicto deprehensus metuit. Ora illa lactea et mellea quæ in Capitulis sponte se accusabant culpas suas dicebant veniā et misericordiam implorabant obmutuerunt et repertæ st pro eis linguæ stulta et uenenosa loquentes. Manus illæ Frūm v in Oratione cū Moyse in cælū perrectæ, v globulos rosarij v aliarū Oraōnū in manibq portantes, v in modū crucis ad pectus compositæ defecerunt, et surrexerunt pro eis digiti æthiopū, contra Stephanū lapides, contra Iacobū baculos, contra ipsum Xtū flagella, et clauos preparantes et iacientes. Pedes illi Sanctorum Euangelisantiū pacem, euangelisantiū bona, contriti sunt, uestigia eorū abolita et semitæ iustorum neglectæ nec renouatæ surrexerunt in Nobis pedes impij currentes in odium furores, dolos, et malicias. Caput humile et diuinis cogitaonibq plenū elanguit, aliud superbo collo audaci et impudico aspectu longis et ad inaīa porrectis auribq asininis ore hiante, lingua mordaci, voce Hyene erectū stetit. Schola Virtutum uersa est in memphidē scelerū, Jerusalem cælestis in Babilonē et sine spirituali charitate. claustra deniq in tartara. Regula et Constitutiones, quæ ab amplexibq nō recedebāt factæ sunt proiectæ sub pedibq in scalas uitiorum, ut calcatis legibq audentius malum comissum perpetrez. Hinc multi lupi in pellibq ouinis, et extranea specie plures sepulchra dealbata incedunt affectū hominū defraudantes, contegiz ficta Religione malū. Qui hēt aures audiendi, audiat. Frēs discutite consientias Vrās et ipsi vrī Judices estote, an hoc ē esse Religiosum? an hæc ē vita Stā? an ad hoc ex Sæculo venimq, ut expellentes ex claustris pietatem et induceremus impietatem? Supprimeremq servos Dei et repleremus pro eis mancipijs diaboli? deniq an pro his operibq sperandū cælū. etiam sine uitys, comparati ad alios Religiosos multorū bonorū egentes et pusilli sumq. Hinc nobis metus in publico, periculum in negotio, et primis oīū, postremus in consessibq locq. Negotia Nrā et causæ Conuentuū tremulæ et pauidæ lites frequentes sed infructuosæ et steriles. ad illicita supra modū impendimus ad necessaria sumptus oportunos dare nō habemus, nec preesse nec sub eē sumus, dum enī subesse imperare volumq: et dum præsumus, à cura comunitatis deficientes et ad propria commoda conuersi in tyrannos degeneramus, plus ferarū qm̄ hominū æmuli, omnibq egemus, quia omne bonum, quod est Deus, nō eo quo tenemur studio inquirimus. Considerate obsecro Frēs an hoc mearū uiriū ē? annon vestri omniū audilio, subsidio, et bonis opus voluntatibq? non sibilus, sed fragor, sed tonitru totum quod nostra tangit mouetq pectora. Sacram ingressi Religionem pie et Religiose uiuere debemus, extirpare uitia, et plantare uirtutes omnino obligamur. Facti uero aliorum Præpti, bono Fratrū Nostrorū, et bono totiq S: Ordīs ex illis bonis promananti ita inuigilare tenemur, ut Nrō studio mali conuertanz in bonos, boni uero euadant in meliores. Mala Conuentuū conuertanz in bona, et bona euadant in meliora. Quod tunc certissimo fiet, qndo Frēs Nrī nostro qui eorū uigiles sumus anheli studio euadent in toto similes illis Oratione de quibus scribit Auctor uitæ S. Domin. lib:6. c:4 Raro Ecclæ uacabat orantibq Fratribq; ubi si quæsiti eēnt crebrius inueniebanz, quippe qui ab illis nō discederent, die ac nocte in preces intenti. Vidisses ibi pœnitentiæ gemitus et suspiria. Suaq et aliorum peccata deplorantes. Post Horas et Completoriū, recipiebant se in angulos, actusq suos seuero examine discutientes, nodosis loris corpora sua dirè lacerabant. Aly sub precibq inter cælum et terrā uisi sunt manere Suspensi. Alij in fauilla et cinere iacentes, dabant gemitus ponentesque in puluere os suum, nolebant oculos leuare in cœlum. Alij præ amoris impatientia quiescere non ualentes, nolebant indulgere Somno, quousque gratiam sentirent nouam ipsos calefacientem.

Pietate erga B. V. sodales eorum de quibus hæc legimus dulcia.

Officium Virginis Matris reuerenter et stantes persoluebant. Post Completorium eius altare triplici nonnunquam Ordine ambigebant ut merito dici posset: Circumdabant eam flores rosarum et Lilia conuallium: nempe pœnitentes uerecundia rubicundi, et innocentes virginali pudicitia candidi. Post matutinas pauci ad lectionum studia, pauciores ad lectum se conferebant: plerique in precibus pernoctabant.

Abstinentia, Æmuli eorum de quibus hæc iucunda.

Alij ad dies octo potu prorsus sibi interdicebant: alij cibo apposito frigida infundebant, alij modo ab hoc, modo ab illo edulio sibi temperabant. Quidam tota Quadragesima interdiu non bibebant, nec loquebantur nisi interrogati. In conuentu lecturis et seruituris multi certatim suam offerebant operam; non hominibus, sed Angelis sibi seruire uidebantur, ita præ cordis iubilo etiam scutellas clam exoscularentur.

Charitate, æquales illis, de quibus hæc ignea.

In subleuandis Fratrum oneribus mira erat omnibus commiseratio, et indefessa atque efficax sermonis et operis consolatio. In suscipiendis fratribus à labore uenientibus, humanissima in eis uigebat iucunditas, ingerebantque se passim eorum abluendis pedibus, et seruitijs impendendis. Siquis commiseratione erga infirmos benignior, in excipiendis hospitibus hilarior, in eorum lauandis pedibus humilior, in Monasterij seruitijs sedulior esse posset, is se apud Deum beatiorem existimabat. Non raro sibi ipsis detrahebant, tunicas, cucullos, scapularia, et vel Peregrinis Fratribus, vel alia occasione indigentibus dabant. Permulti non contenti habitus Monastici asperitate, clam induebant cilicia et lumbos zonis ferreis stringebant.

Prædicatione, Verbi Diuini imitatores eorum de quibus hæc Apostolica.

Omne eorum officium erat Deum laudare, benedicere, prædicare. Multi non sumebant cibum, nisi prius prædicassent uerbum Dei vel multis, vel uni. Prædicabant, non ut ederent; sed ut prædicarent, edebant. Hinc et tanta salus animarum consecuta est. Ardebant animi eorum Diuini amoris igne atque inde manantia verba auditorum animos inflammabant. Nec solum ille ardor in sermonibus inerat, sed magis etiam in actione feruescebat. Multi humi prostrati cum lacrimis multis et attentissimis precibus postulabant, ut ad tartaros, vel ad alios barbaros mitterentur. Flagrabat in eis ardens desiderium tum salutis animarum, tum pro Christo martyrij obeundi. Ibant igitur accincti virtutibus et ardentes, eratque aspectus eorum, ut carbonum ignis ardentium, et ignito eloquio compungebant et incendebant frigidos peccatores: erant ceteris mentibus puriores, et humilitate sublimiores. Utinam recalescat ignis ille, et qui nunc proch dolor! est in nubilo, feruoris sol! O Domine Domine tui sacri ignis flamma tepidos rursus accendat, ut sicut olim, seruiant tibi cum feruore, et tui ardeant amore. O felix Mater quæ tales Religio genuit habuitque filios. O dulces natos qui tali iubilo repleuerunt matrem. O solum fortunatissimum, quod tales ac

tantos

portauit uidetq incolas. Opus hoc, verè apum, verè Angelicũ vsq; ad inuidiam prouocat conscientias Sanctas, vsq; ad imitatõnẽ, erigit flagrantissimas mentes. Utinã post annos quibq uidimus mala, ueniat super nos Sol Beatus, qui accenderet pectora nra, vt toti feruentes Deo, nos quoq; similia facere, eiusmodi facientibq Religiosa professione pridẽ simillimi, solis discrepantes moribq n̄ grauemur. Deus enim cui tot seruierunt seruiuntq; Sancti, nos hac eadem respiciens hora, eiusdem bonitatis, potentiæ æternitatis iræ et uindictæ est, quã fuit tunc, qñdo ita fideles famulos suos, ex alto uidit, dicit enĩ, Ego Deus et nõ mutuor. Si Ergo SS Dei bonitate allecti, potentia adtracti, æternitate inuitati, ira atq; furore Dei perterriti, qm̃ Saxei Rodopeiq; sumq qui nec bonitate allicimur, nec potentia tracti progredimur, nec æternitate inuitati properamus, nec ira atq; furore districti Judicis perterrimur. Precor cælestem Regem, vt ad solatia S: Matris Religionis Nræ, ad accelerandum Iustũ Dñi ex ossibq Nris promissum, dum adhuc in hac vita degimus, in Ordine Nro Superiores nros uidemus Gregorios Nazianz:, qui factis loquentibq ita nos et posteros alloqui possint:— Maceraui continuis laboribq carnem meã, quæ in flore ætatis recalcitrabat et bulliebat: uici gulam uentris, et tyrannũ iuxta eum residentem mortificaui meos oculos: repressi impetum iræ frenaui membra mea: planxi risũ: consecraui res meas omnes Xto. terra mihi erat lectus, uestis ciliciũ; uigilia mihi erat somnus, et lacrimæ meæ requies per diem humeros fatigaui oneribq et laboribq: nocte steti quasi statua scribens hymnos nullã delectatione in animũ, v cogitatõne admisi. Hæc fuit ratio uitæ meæ in iuuentute: quia caro et sanguis instar incendij euomebant flammas, et me uia in cælũ auertere satagebant. Abieci pariter ãme graue onus deliciarũ, ut leuior ascendere ad Deum. Bernardi lacte ebrius omnes deniq et singulos Prẽs Ord: mei incipiendo ãme uestri oiũ uilissimo et solo Officij huiq, certè mihi molesti gibbo maiore, vsq ad ultimũ Frem, ~~et unum qui~~ opto et intendo ut S: Religio Mater unum quemq; nrm foueat in sinu suo exemplo Unigeniti Filij Dei et Ss: Matris Eiq uerè Canonicũ S: Mariæ, uerè corde crucifixo ad contumeliam humilẽ, ad opprobria patientem, suis deuotum Prioribq, in moribq mansuetum, taciturnũ ad loquendũ, assiduũ ad silentiũ, in claustro attente legentem, in Ecclã suis uocibq Xtũ cum omni deuotione laudantem; si n̄ continue tñ quotidie lacrimantem, parcũ in refectione, ad Obedientiam promptũ, vbiq prodiuũ vbiq inclinatũ, vbiq uerecundũ, ore cautũ pulsantem, semper ad Dñũ corde clamantem, cultorem proximi, et contemptorẽ sui, cunctos diligentem: seipsũ odientem; tunc dicere poterimus Canonicus iste Fr Ordis Nri seruat mandatum Creatoris sui et implet ea, quæ uouit Deo suo. O qm̃ beatq est Religiosq talis: profecto iste laboris sui præmiũ habebit Dñũ Iesum Xtũ. Neq; aliter Prẽs de me suspicemini quam omne bonum, et promptum, iuxta nutus vros, S: Religioni et uobis præstandũ obsequiũ. Catenatus enĩ vester totq ego sumq Præter nexus et uincula legũ Ords quibq adstrictq et mancipatq existo, ex teneritudine mea in S: Religionẽ et gratitudine in oẽs et singulos vos pro imposito mihi beneficio, quia ministerium, habens occasionẽ placendi Deo et campũ bene merendi ampliorẽ, beneficiũ dici pt (quia) omnibus et singulis uobis Prẽs bona uelle, et malis vestris me ipsũ uti expositum propter indemnitatem vrã etiam uulnerandus occurro. Posuistis me in summitate nrã ex ea oĩũ vrm necessitatibq teneor prouidere. Eripuistis me mihi qñdo in obsequiũ vrũ etiam recusantem traxistis, ideoq totus ego n̄ mihi sed post Deũ vobis, neq meus sed uester. Dedistis primatum honoris nostri, tanqm̃ gemmã in uase luteo, ideo pro magnificentia vrã ab omniũ fauentissimo sinu, excipiendũ portandumq postulo. [illegible] animæ meæ immineat mihi, si n̄ Dei Gloriã et vestri omniũ comunẽ salutem procurare intendo. Non tremendũ eẽ, quod occupo, et vris subsidijs debere inniti qd mei putine, timore saucius ego ex tanta dignitatis majestate, toto corpore contremisco, sedemq quæ apud uos Prlatus ē, occupare uacitq. Jam n dicam uos filios quia Pres omnium uestri habeo Deum, et Præsidem, Deiq uices in nobis gerentem Eminentissimum Principem Dnum Nrum Clementissimum Protectorem et Conseruatorem fauentissimum, qui amplitudine purpuræ suæ succurrere pallori Nro et Eminentia Authoritatis suæ Suffices uelare nos nudos et miseros, futuro optimo Nro et S. Ordis obsequio, præparando nos descendit in ~~agmen~~ medium Nri, ubi suscipiens Prnitem Nram, ut nos quoq attomos splendoribq suis irradiaret, uisibilesq orbi faceret, incomparabili Clementia sua et inenarrabili rerum ~~agend~~ in orbe Xriano agendarum prudentia factus ē quasi unus ex nobis, sed dicam uos Dnos meos et Benefactores quorum implendis uoluntatibq tanqm umbra Soli et acus magneti facilem me agnosco. Neq aliter de Vra pietate suppono, qm quod receptis ueteribq Noua facietis omnia ea quæ Sanctitatem Vram concernentia, et bono totiq S. Ordis utilia. Aggredimini igitr uela portare Nauem et alæ, usq ad cælum eleuare aquilam nram Religionem. Lucete Soles, et facite dies ut uideamus quæ desunt nobis. Negotia actui præsenti accomodata præponite, et super ijsdem, sensus uestros, mentium meridies Lucere faciatis et ardere igne inextinguibili, qui ē consumens omnia Deus. Amen.

Quo finito Rndissimus Comissarius Pres Præpostos, et Vice præpostos tum etiam Prem Georgium Bilsaicz uti Assumptum Secretarium et Philippum Sur uti Actorem præsentium Notarium in Conuocaone præsenti, locum et uocem habere debere adinuenit, cæteros uero Pres Conuentuales ex Conuocaonis præsentis Sessione expediuit. uti impertinentes.

Et quia sub idem tempus uenit quidam Nobilis Dnus Nepokoiczycki, et secundus Dnus Suietorbecki, conquerentes contra Prem Secretarium, eo quod ipse Dno Nepokoyczycki agros et prata propria inuaserit, honorem suum uerbis contumeliosis læserit insidias in sanitatem et uitam toties struxerit atq parauerit. Et tertius Dnus Oginiec dedit literas a Dno Pruszynski ad Rndissimum Comissarium datas contra eundem Prem Secretarium ex quibq publice lectis Rndissimus Comissarius intellexit Dnum Pruszynski grauiter conqueri contra Prem Secretarium, eo quod ipse dictum Dnum Pruszynski in pacifica Possesione bonorum sibi a Dno Parente suo oppignoratorum turbet, obedientiam subditis prohibeat, agros inuadat, labores grandes alias Gwalty Dno Pruszynski de iure debitos præpediat, uitæ et sanitati suæ cominando insidias, subditum quendam sibi usurpet Dno Pruszynski iure debitum. Quibq auditis Rndissimus Comissarius Pri Secretario ad obiecta respondere iussit qui et respondit et in primis contra obiecta Dni Nepokoyczycki respondit cum graui animi sui dolore contra eundem Dnum Nepokoyczycki, iustiq conqueri, cum eoq iure agere debere, eo quod ipse prata sua propria nullo habito iure inuaserit, in ijsq fenum coligentes globis traiecerit concusserit et uulnerauerit, honorem suum pluries uerbis obscenis clam læserit. Jam uero se nullas insidias Dno Nepokoyczycki unqm parauisse. Dno uero Pruszynski pacificam possesionem in nullo se turbare dixit. Subditum, a se acceptum, exceptum ē in Inuentorio nec Dno Pruszynski datum affirmauit. Agros se seminasse fassus est pro hieme illos qui uacabant. Labores Subditorum nullos a se impediri, neq obedientias prohiberi, neq insidias ullas parauisse aut in uitam alicuius cominationes fecisse dixit, imo tanqm calumnias graues sibi iniuste impositas protestatus est. Quibq cta auditis, Rndissimus Comissarius Prūm Sententias consequenter petijt et ipse deniq; omnibus mature consideratis non Sentenliter dimitti debere sup dictos Nobiles adinuenit. Et quia praesens Controuersia composita est ex personis pluribus, ad quos praeter Prēm Secretarium Magnifica Dña Parens Sua uti Dña ad uitalicia Spectet, et alij etiam Juniores Prēs tum quoq; negotium praesens inuoluat excessus et causas fundi, non in toto eam praesentis iudicij debere ēē adinuenit, et quamuis Pri Secretario inuidiae et cominaones inuitam dictorum Nobilium non sint deductae nec probatae, tn Rndissimus Comissarius modestiae Religiosae et mansuetudini consulendo Prēm Secretarium publicè admonuit quatenus ille praecipitantias et furiosas occasiones vitaret inuidias et cominaones, quemlibet honestum deturpantes, nullas unqm faceret, quin imò ab alijs Consanguineis Suis zelo inuidiae factas qtum ex se oīno auerteret et ~~impediget~~ impediret, lites ex leui causa et infructuosas nullas excitaret, quin imò excitatas in pace componeret. Prout defacto admonet serio et prohibet.

Et quia in negotio Dñi Truszynski opus est ius suum videre et allegaones CMD: Bartoszewska audire prohibiones laborum assertas inquirere simul et paci cordium qtum ex se est restituendae consulere, ideoq; Comissarios ex gremio sui assignari debere adinuenit prout defacto et assignauit duos. Scilicet Adm Rndum Prem Melchiorem Knysnski Praeptum Vumens et Adm Rndum Prē Stanislaum Raylicki Praeptum Skiemianens quatenus illi ad praemissa videnda, inquirenda, et componenda pro die 13 8bris ad Conuentum Poniemonensem descendant, ibiq; una cum alijs partium amicis et arbitrarijs paci inter partes supra memoratas laesae consulerent odia extinguerent, et unicuiq; quod Suum est adiudicarent erdi facerent, Praesenti Decreto suo ad praemissa mediante.

Ao quo Supra verò 15 8bris Rndissimus Comissarius continuando feliciter inchoatam Conuocaonē, conuocatis ad pulsum campanae et congregatis in comuni Refectorio Pribus ad prosequendum negotia Prouinciae secundum tenorem emanat: à Processûs descendit, atq; ante omnia à nobis infrascriptis scilt Prē Georgio Bilowicz assumpto in locum Secretarij et me Prē Philippo Tur Notario Actuum Acta praesentia Pri Secretario Suo reddi, et nris manibus Super fidelitate intra contentorum subscribi mandauit. Et quia prout audiuimus et porrecta vidimus et à Rndissimo Comissario dictata habuimus verè et fideliter omnia et singula in actibus praesentibus connotauimus, fidem facimus et manus Nras subscribimus

Pater Leo Georgius Bilowicz assumptus in locum Secretarij mp

Pr Jacobus Philippus Tur mp

Ano ut supra die 16 praesentis Rndmus Commissarius Comissis praemittendis in Communi Stuba congregatis ad pulsum campanae Patribus Primo de Archiuo fundando petijt à Patribus Consilium ab eisq; prouidendo et determinando loco tuto atq; securo. Quorum omnium et singulorum Vota conformia audiuit, et ipse raoni Patrum persuasus decreuit, ut in Conuentu Vilnensi tanquam in Metropoli penes Tribunalia, Consistorium, et copiam Patronorum fundato, Archiuum Prouinciae Patres fundarent, Ibiq; Jura et Priuilegia Ordis et Conuentuum oia et singula comportarent et ponerent.

Et quia unumquodq depositum vadnabile indiget custode et oculo, Ideoq Rndmus Commissarius de Unanimi Oium PPtrum consensu tres Clauarios ad aperiendum, claudendumq Archivum assignauit et assignari debere adinuenit, Sclt Adm Rndos in Xto Pres Prem Lucam Piotlewicz Ante Generalem Primum ordis Diffinitorem. Prem Melchiorem Hizynski Prspitum Videmensem Prem Provincialem. Prem Thadaeum Tryzna Prspitum Vilnensem. Qui Adm Rndi Pres Clauarij, n aliter aperient Archivum, quod deb insimul congregati, quod si vero aliquem eorum infirmitate detineri, et legitime absentari contigerit, ne Authoritatis ratio comminuatur, et tam necessarius ordo ex levi occasione infringatur, absens Clauarius, Maiori Clauario mittet Clauem suam qui in locum eius assumet seu aliquem ex gravioribus Conventus Prem, ad aperiendum Archivum, ut semp trai fidi illesa servet. Authentica Iura si aliquando alicui danda et concedenda sunt, habeat ab eo scriptum sigillo Conventus communitum et manu propria subscriptum. In quo constet quod Ius aut Privilegium acceptum, et reponat in Archivo tamdiu, donec Ius restitutum fuerit. Accipiens assignet tempus commodum reponendi Iuris in Archivo, quo Pres Clauarios invitabit ad recipiendum Ius sibi concessum et reddendum scriptum. Clauarios tempestive curabit invitari ille qui Iuris necessitatem habuerit. Invitati Clauarij Memores paupertatis suae proprio sumptu descendere tenuent.

Quibus determinatis Rdmus Commissarius ab A. R. P. Iosepho Bulwicz Prspito Medniciensi Iura Provinciae totius per ~~Adm~~ Rndum Prem Clem Cerniewski apud se reposita, sibi restitui et praesentari postulauit. Qui Rndus Pr Prspitus Miednicensis parendo decretis Rndmi Commissarij Iura Conventus Provinciae in scrinio parvo sera occluso externa attulit et PPbus praesentauit atq restituit. Requisitus vero dictus Pr Prspitus de Registro Iurium apud se reposito respondit se nullum habuisse nec habere. Iam vero Adm Rndus Pr Prspitus Videmiensis dixit se fecisse omnium Iurium Registrum, illudq una cum Actis Provincialatus sui, in Capitulo resignasse. Quod audiens Rndmus Commissarius Registrum illud inquiri debere decreuit, Iura in fasciculis praesentata una cum Patribus Provinciae vidit, et recepit. Et quia singula distincte examinare nimis operosum est, et multo indiget tempore; Ideo Rndmus Commissarius ob paucitatem temporis sui ipse Iura illa revidere et exacte oia et singula connotare non potuit, PP Clauarijs totum id commisit, postulans ab eis, ut diso opportuno tempore non protrahendo mora, ad Conventum Vilnensem descenderent Iura et Privilegia Provinciae diligenter reuiderent, Registrum exactum et distinctum omnium singulorum conficerent, et in Archivo reponerent. Nunc vero eadem Iura in fasciculis praesentata ad eandem arcam reposuit, eamq seris tribus occlusit. Tribus Clauarijs Claues distribuit, arcam ipsam ad Conventum Vilnensem vehendam, et in Fornice Conventus Vilnensis ad futuram Archivi instaurationem reponendam Mandavit, et decreuit.

#

Horis Pomeridianis eiusdem diei Rndmus Commissarius facta ad Patres Provinciae congregatione, ad efficiendum actum suum aptis et bene dispositis Suscepit puncta a Conventu Vilnensi porrecta. Quorum 1mum Petit noticiam Capitalium Summarum 2dum Iura Conventus sui intendit 3tium Inventarium in visitatione Adm R.P. Lucae Pielacewicz et P. Caroli Paprocki factum exposcit. 4tum Visionem Inventarij A.R.P. Josephi Bildwicz intentat. 5tum Damna sua revocari postulat sine impensis 6tum. Revisionem regestrorum urget 7mum Censum pro Romanis negat, 8uum Stabilitatem loci ostendit. 9num ostia Noviciatus pulsat. Quibus Rndmus Commissarius annuere volens ea quae iusta sunt habentque in se vim petitionis et non Imperij, neque praxi Cap: Gnrlis eiusque decretis molesta, suscepit, ad eaque implenda processit. 7mum vero et 8uum Punctum uti bono Sacri ordinis contraveniens et oppositum omnino rejecit et sustulit. prout de facto rejicit et sustulit. Processurus ad ulteriora secundum porrecta et contenta Resolutiones ab Eminentissimo Principe ad Primum punctum legi fecit, atque ad Vindicandum damna Conventuum et primo Conventus Vilnensis secundum porrectum supplicem libellum processit

Atque imprimis Mandavit produci Summas Conventus Vilnensis Capitales, Quas producendo A.R.P. Thaddaeus Trydna Praepositus Vilnensis petijt se edoceri de quantitate et situ earum, et quia ipse successit nullam habendo Conventus Sui rationem proventuum, adiuvavit A.R.P. Josephum Bildwicz uti Antecedaneum suum de earum Summarum Noticia. Qui publice asseruit toto Praepositurae suae tempore, non habuisse se ullum Proventum ab aliqua Capitali Summa, praeter has summas reemptionales. à M: D: Raiska sub tempus Praepositurae suae oblatas 4000. et data in Synagogam Judaeorum, Census ab illa provenientis annui fl. 400. à quibus hucusque etiam census percipit. à Summa 6000 super Bonis Zaskuny apud M: D: Bildziukiewicz inscripta, dixit se ore publico percepisse censum non à Dno Bildziukiewicz sed à Dno Josepho St mecki Vice capitaneo Vilnensi et hanc provisionem tantum tribus accepit annis fl 600 Alias autem summas neque se scire, neque ab eis fructum ullum habuisse fassus.

Contra vero A.R.P. Melchior Nidzynski Praepositus Vilnensis antea actis Annis Vilnensis expurgando se ad obiecta et parti respondendo ad allegata produxit Inventarium Summarum Capitalium Authenticatum Ao 1684 In Quo et summas Conventus Vilnensis Capitales conscriptas proposuit. easque ex dicto Inventorio collectas in schedula singulari conscriptas Rndmo Commissario porrexit Cuius Schedulae tenor sequitur et est talis

Regestr Summy Wilenskiey.

Po Xiedzu Chrzanowskim dawney Summy	fl	8000
Od X: Moniatewicza Wniesiono Summy	fl	1000
Z X Modrzecki na ziemi Deguciach zapisal	fl	1000

+

Od X. Pudyny wniesiono summy — —	ff —	1500
Za Dom X. Zorenskiego — —	ff.	1000
Po Xiędzu Woynie u JWᵒ P. Woiewody Trockieᵒ	ff —	2000
Za Kleynoty Xiędza Woyny — —	ff	1200
Od P. Bychowca — — —	ff-	1000
Od Jmc Rosochackiego na msze S: — —	ff	1000
Od Jmc P. Tyzynauza na cegłę	ff	300

Tey Summy Wyrachowanie

Na Skiemianach zostaie — — —	ff	3000
Na Zazdunach u S.P. Bildziulniewicza —	ff-	6000
U Sukcessorow S. P. Woiewody Trockiego	ff	2000
U S. P. Nowogrodzkiego — —	ff	2376
U Jmc P. Pollewicza — — —	ff	1000
Na Deguciach na ziemi — — —	ff	1000
Za Kamienic Zylinskiego — — —	ff	1200
U Jmc Pana Zenowicza — —	ff	250
Na msze S: za Jmc P. Rosochackiego oddano iest w Ex:pensach — — — —	ff	1000
Od Jmc Pana Tyzynauza oddano na cegłę obrocono	ff	300.

Quibus P. Thadaeus Dryzna Praepositus Viln: adscribi petyt has summas sequentes In hoc Regestro Summarum Capitalium non expressas.

Atq; Imprimis à Pre Oszeblinski sortis eius — ff   hoc Indiget probatione NB.
Fris cuiusdam Professi nri secundum registrum antiquum ab Adm Rnde Pre Widzynski porrectum — — — ff — 319

Quarum quidem Summarum connotatas expensas Patribus publice legi fecit, quidq de illis sentiant, et an admittendae sint, singulorum sensum verbo Rndi exploratum postulauit. Et omnes fassi sunt scire omnes supra dictas expensas et summarum dispositiones praeter summam existentem apud M. D. Zienowicz de qua cum orta sit controversia Rndmus Commissarius partes inter se decertare permisit. Et Primo A.R.P. Josephus Bildwicz dixit se accepisse a M. D. Zienowicz filijs suis dolia 20 pro Conuentu, pro quibus summa 250 ff recessit, et hanc summam non Capitalem quae in Registro connotata, sed particularem nempe post obitum A.R.P. Chrzanowski remanentem palam asseruit.

Jam Verò reliquã summã quæ ad 400 ff numerat, Nescire se ubinam sit posita.
Ad quæ Interrogatus A R P Nidynski respondit, furto sibi ablatos esse ff 500.
Sup quo Ipse et omnes tunc existentes Fres præstiterunt Juramentũ.
Inter hæc A R P. Trybna Præpositus Vilnensis exposuit querimoniã suã contra A
R P Nidynski, eo, quod ipse Censũ annuũ à Summa 1000 ff G: D Bycho-
wiec à MD Polewicz receperit iniustè. ad quæ Rndit. A R P Nidynski se duo-
rũ annorũ Censũ accepisse et n amplius. Apposuerunt ad hæc PP Vilnenses
Præpositus et R P: Georgius Bilowicz vidisse se apud dictũ D. Polewicz quietationes pro re-
B liquis tribus Annis, à Pre Kostecki datas.
Deposuit Insuper querelam A R P Præpositus Vilnensis quod A R P Nidynski quamvis
Censum à Summa Smeminensi persolvat Nihilominus facta sibi in pacifica possessione
Violentiã et damnosã Conventui expulsione suo Vindicari petit, Ut pote quia tempore hi-
stiuo incommodè eiecta ex prædio Jumenta multa extincta quorum Certus numerus n pt.
Ut pote Vaccarũ ouiũ Suũ, anserũ, et seminã Verna n sit sibi reddita; Semina tu
+ Verna Indiget probatione. Summa sup terra Dequiic à Pre Præposito Vilnensi asse-
rit, quod A R P. Nidynski fructificet ut pote adiecta Prædio Antecessoriè et Vicina terra
+ hæc indiget probatione utrũ fructificet.
Ad productionem Registrorũ A R P Nidynski Conventus quatenus expensas 1000
ff pro Missis oblatorũ produceret Rndit illa se n habere, et ob antiquitatem expen-
sarũ se n recordari. Quibus Omnibus et singulis Rndmi Commissarij
auditis, et apud se diligenter atq maturè discussis, sup omnibus et singulis sequen-
tia tulit decreta. Ao ut supra die 17 Mensis Feb præmissis præmittendis hæc tanta
Mare quod Ingressi sumus Jam tranamus, et quæ incepimus in Nne Dni perficimus.
Quare cũ unanimi PP consensu hæc ad præmissa definimus et determinamus.
Primo Circa summam ablatam furto ff 500. Animã nihil ht homo
pretiosius, et quod ille cuius delicatã conscientiã suspicamur. Cum ergo Juramentum
Adm Rndi Pris Melchioris Nidynski circa ablationem furto prædictæ summæ et post
eum consequenter Omniũ Conventus Vilnensis PP et Frũ Interuesserit. Ideoq dictũ Prẽ
Nidynski ex Summa prædicta quietamus, Cuiq vel perpetuũ silentiũ Imponimus, de Con-
sensu unanimi Patrũ. Circa receptum censum à M D. Polewicz
Iniustè fecisse et Iniuriã ac Violentiã Conventui Vilnensi Intulisse, tã Prẽ Nidynski
quam Prẽ Kostecki decernimus et determinamus, cum illi non existentes huius loci
Superiores hæc ausi sint usurpare, et in suũ commodũ convertere. Ita Consentien-
tibus omnibus Pribus. Et ut restitueret Conventui Vilnensi prædictã summã præsenti De-
creto mediante præcipimus atq Iniungimus. Circa Jumenta repentina
expulsione extincta, Ausus hic temerarius A R P. Nidynski grave no-
bis intulit suspicione de Ambitione illius, quod quidem n petitã à Superioribus licentiã, neque
factã debitã circa Vindicatione Bonorum Antecessoriè conventione, et Censûs Ordinarij

solutione, ausus est P̄dum dictum Antoxcie in possessione Conventus Viln. existens, præsumptuose inuadere, possessione pacifica interturbare, et Suâ Capitantiâ miserabile damnum Conventui Vilnensi inferre, Ideoq culpam Eius ex hoc facto Ambitioso prouenientem In toto ignoscimus et parcimus, Conscientiæ eius et miserationi Diuinæ melius committendo. Damna verò ut Conventui Vilnensi facta cum Adm R P Præposito Vilnensi complanatione possibili modo restituant Iniungimus atq præcipimus. Ita consentientibus Patribus.

Ad quæ Decreta audienda et promulganda vocatæ partes audierunt et promulgata habuerunt.

Procedendo ulterius Rndmus Commissarius ad examinanda puncta à Conventu Vilnensi sibi porrecta processit. Atq Inprimis secundum punctum suum iam esse impletum restitutione Juridica. 3tium impletum præsentatione Inventory. 4tum impletum in visitatione Nra 5tum Quomodo Conventui Vilnensi damna restituenda et Summæ Vindicandæ. Rndmus Commissarius volendo hoc in puncto liberum pronunciare A. R. Pres Nidzynski petyt ab eo doceri se de Consensu super Locatione Summarum scilicet 6000 apud Dnum Bildziukiewicz Locatarum à PPbus Conventus Vilnensis sub tempus Prioratus sui, et Licentiâ Superiorum obtentâ. Quia hæc summa Instigante A R P Præposito Vilnensi dicitur inuindicabilis, ab eaq nullus hucusq census percipitur. Ad quæ Rndit A R P Nidzynski in Primordijs suis hoc factum, ideoq nec consensum nec licentiam se habuisse.

Quibus ita auditis Rndmus Commissarius maturèq discussis non valere allatam A. R. Pris Nidzynski excusationem esse adinuenit, eo, quod principia debeant esse ferventissima in observantia, et quia tunc etiam non deerant PP, quorum ad hæc petenda erat licentia et consensus. Tum quoq videtur A R P Nidzynski super Locatione dictæ Summæ apud Dnum Bildziukiewicz, et leuatione eiusdem ex synagoga Judæorum consensisse Motu proprio, cum et PPum consensus non constet, et Scriptum à Judæis datum Dno Klimecki sit extraditum, nec ulla, super eo, quod Dnus Klimecki Summam ex Synagoga leuauerit adhuc ad præsens litis attentatio. Decernit igitur Rndmus Commissarius eam Summam uti à se locatam suâ curâ atq impendio vindicari debere, quod PP vnanimi consensu confirmarunt et Adm Rndus Pr Nidzynski acceptauit.

Mouit Iterum dubium A R Pr Thadæus Trzyna Præpositus Vilnensis requirendo ab A R Pre Nidzynski Vindicationem Summæ apud MD Kroszynski creditæ fl 2376 cuius Vindicationem A R Pr Nidzynski sponte suscepit et Ius sibi dari petyt. quibus ita sese conuenientibus Rndmus Commissarius cum Patribus Provinciæ annuit, Jus requisitum reddidit A R Pri Nidzynski, ab eoq scriptum ad Archivum accepit. NB

Mouit Iterum A R Pr Thadæus Trzyna difficultatem conquerendo contra A R P. Melchiorem Nidzynski, eo, quod caa eius, laterificium huiusq conventus non fructificet, Laterum Coctorum sint diuendita, et aliæ Summæ juxta Inventorium A R Pris Nidzynski

Dzynski adhuc sibi n de Integro constent. Ad quae Rndit Admo A. R. P. Nidzynski expurgando se ex residuo Summarum, quod ex ijs Laterificium aedificaverit et in parte Emerit, Refectorium Muratum, Cellas pro Patribus Fornicem et Domum pro Familia Muratam extruxerit, puteum, radices in Monasterio procuraverit, Lapideam Zylinski dictam, n nullas domos, et funda, pro Conventu Vilnensi coëmerit. Caetera verò pro Negotijs Ordinis tunc concussi lite Rysiniana, et sustentatione Fratrum ad Impensis ex Propria Industria sua acquisitis, esse expensa. Circa Laterificium constat qd A. R. P. Nidzynski causâ huiusque n fructificet. Circa Lateres coctos Adm Rndus Pr Josephus Bidowicz Praepositus Conventus Miednicensis, et ante hac immediatè Vilnensis respondit, eos esse tempore Praepositurae suae à se Venditos, pro sustentatione Fratrum Conventûs, et expensis litis, tempore tumultuum praeteritorum. Allegavit Insuper et adduxit Idem Pr Bidowicz qd toto Praepositurae suae tempore Census à Summis ita ut constat intricatis nullum perceperit, restareque sibi debita ex eis ad 6000. Quae sibi restitui humillimè petijt, et pro ijs Lateres in quadruplo Maiori Num: comparare et restituere Conventui spopondit et se submisit ore publico.

Quibus Auditis Rndmus Commissarius et maturè discussis super Omnibus et Singulis supra memoratis Unâ cum Patribus sequentia tulit decreta, Circa Residuum Summarum, In toto Rndmus Commissarius Suscipit excusationes A. R. Pris Nidzynski et porrectas sibi ordine sub bona Conscientia expensas, Eumque quietat et perpetuo pacificat. Regimen tamen Eius culpabile reperit, et suspectum de Iustitia, eo, qd Regestra expensarum suarum ordine debito à Pribus Conventus et Visitatoribus Provinciae subscripta et sigillis munita n produxerit, eaque se n habere dixerit, quae tamen bono ordine habere et poterat et debuerat. Eidemque Sub conscientia et tacto pectore fateri publicè iniunxit, Utrum nesciat aliquas alias adhuc summas, ad Conventum Vilnensem spectantes, ab Eisque fructum occultè n percipiat, Ita Consentientibus Patribus Circa Laterificium Iungat manus Adm Rndus Pr Nidzynski cum A. R. Pre Dryzna Praeposito Vilnensi ad procurandum quibus humillimis medijs, ut laterificium Conventui Vilnensi fructificare possit. Circa Lateres Divenditos Quietat Adm R. Pr Josephus Bidowicz Praepositus Miednicensis. Iam verò detentos census Adm R. Pri Dryzna Praeposito Vilnensi in recompensatione eorundem laterum adiudicat Rndmus Commissarius et concedit ita consentientibus Patribus.

NB Monet verò et sub rigidissimis poenis Vetat et prohibet Rndmus Commissarius Omnes et singulos Conventuum Praepositos et Superiores, quatenus illi n audeant proprio Impulsu, et sine Consensu Superiorum suorum ad quorum Notitiam id pertinet, Summas Capitales levare, et in alia loca transferre, sed totum fiat, quidquid fieri

in eiusmodi

eiusmodi oportuerit, cum consensu et licentia Patrum Provinciæ in scripto obtenta. Ita consentientibus omnibus Patribus

Ad 8tum Punctum Rndmus Commissarius vidit Regestra Contus Vilnens. in ijs reperit magnam industriam A. R. P. Præpositi quam laudavit, et ulterius perseverare pleno affectu precatus.

Præsentavit insuper idem A. R. P. Præpositus Vilnens. Acta Contus sui et Capitulorum suorum compta et ordinata, quæ uti bona Rndmus Commissarius laudavit et similia in omnibus Contibus ubi plus quam duo habitant similia acta fieri præcepit et mandavit

Rerum quarumcunque à quocunque Fre Provinciæ comparatarum ut puta librorum, et aliarum ad usum religiosum non superfluum, aut modestiæ religiosæ non contrarium Rndmus Commissarius cum omnibus PPbus concedit usum: nec ab ullo superiore, turbandos esse eiusmodi Fres decernit

Fundum dictum Deguciæ ad Contum Vilnense spectantem, et hucusque nullos fructus facientem, Rndmus Commissarius uti oppignoratum Contui suo iure alijs cuique cedendum decernit. Summamque illam in alia bona transferendam, utpote munda et libera A. R. P. Præposito Vilnensi iniungit et facultatem concedit ita consentientibus Patribus.

Lapideam ad Contum Poniemunense spectantem uti legatam eidem Contui Rndmus Commissarius curæ et vigilantiæ A. R. P. Rosper Præpositi Poniemunens. committit, utque spectantia ad possessionem dictæ Lapideæ Iura et Privilegia sine mora paret eidem Præposito iniungit et mandat. Habita vero in secura possessione eandem Lapideam à PPbus ad Archivum spectantibus uti senioribus taxata, iusto pretio vendi posse declarat, pecuniam in alia bona munda et libera ferri et locari concedit consentientibus Patribus

Deponendo Iura et Privilegia Contuum occurrit Rndmo Commissario postulatio sub tempore visitationis nostræ in Contu Michalisensi ab Illmo et Mgfco Dno Dno Ioanne Brzostowski Referendario M. D. L. Conventus et Ecclesiæ nostræ Michalisens. Fundatore et Benefactore amplissimo expressa et oretenus proposita, quatenus nos Iura pertinentia ad prædium dictum Trosczany Contui Michalisens. ab Illmo Palatino Trocens. legatum et oblatum Præfato Illmo Fundatori redderemus, et ipsum prædium dictum Trosczany in aliud dictum Dudziemili, et Milosluny ex certis et non postremis causis commutaremus, Nos eiusmodi postulationem uti publicam atque notabilem, ad omnium Provinciæ Patrum consensum et notitiam reposuimus, eamque in Convocatione nostra Provinciali PPbus congregatis palam proposuimus et promulgavimusque. Qui una nobiscum intuitu Beneficiorum à Præfato Illmo Fundatore Contui Michalisens. et toti Sacræ Religioni nostræ præstitorum, præstitendorumque facile inclinati, atque permoti postulationi Illmi Fundatoris, annuere prædium Trosczany ex certis et iustis causis secundum

voluntatem

Illmi Fundatoris, meliora Nobis Volente in aliud Praedium dictum Zudziemili, ab eodem Illmo nobis oblatum commutare, Iura Troszczanens. restituere, et alia pro Praedio dicto Zudziemili Contui et Ecclesiae Michalis. servientia et Valitura formare, et conscribere ab eodemque Illmo Fundatore recipere, Nec non et partem Fundi in oppido Michaliszki pro Fundatione Novi oppidi ab eodem Illmo Inchoata et perficienda illi plus, quam Nobis proficua factis graniciebus resignare, et pro futuras Illmi Fundatoris et praesentes gratias dare, perpetuo donare et Iure Nro cedere non dubitavimus, prout de facto, Iura petita restituimus Praedium Troszczanny in Secundum Praedium Commutamus, et Nova Iura pro Praedio Zudziemili ad Contum Michaliszkens. Valitura petimus et acceptamus, Partem Fundi Michaliszkens. pro Novis Incolis oppidi Illmo Fundatori adiacentem, tanquam rem non magnam utilem perpetuo resignamus, damus, et donamus, nihil in ea Nobis et posteris praeter amplissimas Illmi Fundatoris gratias reservando, et hoc ex Unanimi Omnium Patrum Consensu.

Anno ut supra ipsa eadem horis pomeridianis Omnes sobrii et recto iudicio Conscii Zelo bono S: Ordo publicum minime fatigati, et eorum quae fieri debent rectitudine Conscientiarum suarum ad Omnia ducti, in potu et cibo minime excessi (et hanc circumstantiam non sine causa annotamus) processimus ad inquirenda Iura Conventus Tuerecens. ex certo et legali Motivo; quod servatis antiquis Novissime Praedii Koszkielewszczyzna dicti ab Illmo et Magnifico Dno Dno Ioanne Felice Pac Succamerario M: D: L: oblata, inquirimus et ea Patribus Provincialatus praesentare volumus et mandamus praesenti Mediante Decreto.

Quam dum Incepimus, Admodum Rndus Pr Iosephus Bildwicz Praepositus Miednicens. et ante aliquot annos Tuerecens. dixit Praedium illud supra memoratum, sub tempus Praepositurae suae fuisse oblatum, et Ius extractum ad manus suas traditum, Iuris autem huius extracti, Origo et fundamentum fuit Illmus Succamerarius Fundator Contus Tuerecens. in Tribunali M: D: L palam et praesenter in Contum Tuerecense Ius suum ex Praedio Koszkielewszczyzna dicto modo oppignoratorio inducens et resignans Summam 10000 fl Polonicalium continens; cuius quidem Inscriptionis in Tribunali M D L Vilnae factae Extractum à Pre Praeposito Miednicens. aliis Iuribus (ob accidens submersionis adventum) Involutum bonâ fide spopondit Illudque coram Patribus Archivariis praesentandum suscepit.

De Originalibus vero earundem Inscriptionum Pr Raphael Lathwienicz requisitus, fassus est quod ea acceperat à Praelibato Illmo uti Praepositus loci cui intererat. Ea etiam eidem Illmo per privatas literas misit et reddidit: et haec Originalia non pervenerunt ad Manus Illmi, sed Illmae. Post haec Illmus requisivit me super restitutione eorundem Iurium; causa redditorum Iurium haec fuit quia si amas me redde mihi: tandem toto anno Iratus requirebat à me haec eadem Iura. Denique Illmus iam contentus fuit et toto anno me fuit. Tandem Iterum scripsit ad me requirendo haec Iura: Ego rescripsi quia reddidi, et ad Illmam Scripsi, quatenus me excusaret, et faceret testatum: plus post haec non requisivit à me haec Iura, nec quidquam dixit. Tandem testamento eadem Iura comprobavit, sub tempus Capituli Gnlis Louicensis; n̄du acticatu testamentu rogatus n̄ produxit ea ex ratione quia

Corollaria fassorum Judicio Rndmi Commissarij Omnibus PPbus exponenda hæc sunt.

1mo Quia Pr Raphaël Ratkiewicz Praepositus Tuerecensis Originalia Contus sui Jurium uti Prs primus ab Illmo Fundatore recepit.

2do Jura Eā ad Instanciam Priuatam eidem Illmo reddidit, de Instancia petitus eam n̄ praesentauit, et apud se n̄ esse asseruit

3tio Eādem Jura Illmo Fundatori reddita ob solum priuatum respectum bonæ amicitiæ fassus.

4to Illmum Fundatorem toto anno sibi iratum et Jura prædicta expetentem fuisse confessus.

5to Illmus contentus fuit et toto anno siluit.

6to Dedi responsum Illmo me iura Illmo reddidisse et Illmam petijsse, quatenus me accusatum vindicaret

7mo Illmus Fundator bona Kosskielowscy Syna testamento facto 1692 Ao confirmauit, et à me plus hæc Jura n̄ requisiuit. Rogatus Pr Raphael de testamento illud n̄ ostendit; et apposuit quia n̄du hoc testamentu acticatu, et sub tempus Capituli nri Louicensis factum.

Quibus ita dispositis atq in ordine debitu compositis et auditis, Rndmus Commissarius cu PPbus Prouinciæ ad decidendu definiendumq processit. At inprimis ad Adm. Prem Raphaëlem Jura Authentica ab Illmo Fundatore post P. Josephu Bobowicz recepisse cu PPbus Prouinciæ ex ore et confessione publica adinuenit.

ad 2dum Quod ea Jura nullo modo uti Authentica et Inscripta Illmo Fundatori priuatim requisitus ~~nullo modo~~ reddere potuit Idem Rndmus Commissarius cu PPbus Prouinciæ adinuenit et decreuit. et quia talis redditio Jurium ut sibi priuata et inutilis; Conuentui vero Tuerecensi damnosa et Iniuria; Ideoq Rndmus Commissarius eam traditionem nullam et illicitam determinat et decernit: PPbus Prouinciæ, ita determinantibus atq decernentibus: dictumq Prem Raphaëlem pœnas Cap: Ambiciose incurre et incurrisse denunciat. Et Quia hæc proprio Ore et vrgentibus testibus fassus ipse Pater Raphaël est, Nullitatis attentatoru, ut pote administer conuentus n̄ Dnus nec heres, arguit et pœnam sup similes audacias extentam reus esse dephendit et agnoscit. maxime ex eo fundamento quia sibi contrariare videtur et probant literæ ad Rndmu Commissariu ab Illmo Fundatore ist 27 Juny Ao 1693 et secundæ literæ Ostrowey Nona 7bris Ao 1695 de restitutione Jurium super Prædio Kosskielowscy Syna Contin Tuerecen Datoru et aliorum sibi pro Informatione concessoru, re vero ipsa alibi pertinentiu, quas literas palam legi fecit Rndmus Commissarius per A R Prem Melchiore Nu Sypski Praepositum Videmer. Ideoq attentatas excusationes Pris Raphaëlis Rathiewicz nullas esse et friuolas

#

adinuenit, easdemq Uti contra spectatas scriptis Illmi Fundatoris et euictas, necè contra in defensionem sui Valentibg adductis; refutauit, et reiecit. prout de facto refutat, et reijcit, Prem vero Raphaëlem sup commisso reatu suo respondere et satisfacere Ccepit ac demandat Ita Pribg consencientibg. Qui cum respondere n posset in Eorundem PPrum Præsentia eum culpabilem esse adinuenit.

Et quia in Familiari consessu sibi cognitum sit et sub sigillo confessionis reuelatum Iura de qbg hucusq difficultas, in confessione et sub sigillo confessionis Adm Rdo Pri Josepho Bilowicz Præposito Miedniensi à quodam pio homine et timente Deum sibi éé tradita, ideoq quia de Vita et fortuna hmis tam bonæ conscientiæ et delicatæ, et nro Ordini fauentissimi agitur, Rndmus Commissarius cum PPbg Prouinciæ videns grauitatem et necessitatem maæ super n reuelando secreto, neq amplius cum personis tradito vel Iurium suspicari valentibg, aliquid in hac maa dicendo, et ipse Iurauit, et omnes Prouinciæ Patres, tunc sibi assistentes et assidentes Iuramentum corporale præstare fecit, forma sequenti. Ego N. Iuro Deo meo quia non reuelabo secretum circa restitutionem Iurium Tuerecensium, neq in hac materia amplius etiam cum Fratribg nris conferam, Sic me Deus adiuuet et hæc Sta Dei Euangelia. quo præstito ab omnibg et singulis PP. Rndmus Commissarius dicta Iura, et Adm Rdo Pri Josepho Bilowicz Præposito Miedniensi in confessione tradita secreto et Pré Raphaële non scio, ad Archiuum Prouinciæ reponenda et deferenda præcepit et mandauit. Illa vero quæ sunt Illmi et M. Dni Ioannis Feliis Pac Succamerarij M. D. L. quæ per literas suas requirunt Uti Nobis n valentia, et conscientiis onerosa, restitui debere in uento aliquo specioso titulo, per PP. à se assignandos ~~rest~~ ac reddi definiuit et demandauit ita consencientibg PPbg #

Et quia Pr Raphaël Rathewicz in Conuentu Tuerecensi de incontinenti Vita plurimum est infamatus, et diuulgatus, prout inquisitionibg Rndmi Commissarij latius patet, ideoq tenendo secretum Rndo Pri Raphaëli promissum, sub hac solum assertione Utrum etiam Innocens et ita Infamatus in illo loco debeat conseruari, jussit Omnium et singulorum Patrum sup eo sensum et definitionem, qui Omnes et singuli Responderunt per Vota dictum Prem Raphaëlem conseruari nec pse nec debere quibg eandem Rndmus Commissarius adhæsit, et dictum Prem Raphaëlem Rathewicz ab officio Præpositurae Tuerecensis amouendum esse decreuit et de facto amouet et decernit. Secundo Idem Rndmus Commissarius, occurrendo bonæ personæ Pris Rathewicz, ne haberet campum ulterius excusandi se et probandi eius emendationem aut hostilitates et inimicitias, tum eam pudendo bonæ famæ totius Ordinis ne videat iam conuictus, et asserti peccati reus, pro delicto suo penitus esse punitus et omni dignitate destitutus, Seruatis ex prudentialibus

Motiuis, omnibus culpis et inhabilitatibus in aliud tempus, petijt PP. an eum in aliam dignitatis similis locum, transferri posse ex præcedentibus motiuis Iudicarent. Qui Omnes et singuli per Vota sua Interrogati Rndmum Commissarium in eo puncto misericorditer et prudenter agere, affirmauerunt, dictumque Prem Raphaëlem, propter præcedentia motiua in aliam Præposituram transferri posse adinuenerunt. Quibus et Rndmus Commissarius annuit, præsentique decreto suo ob præcedentia Prem Raphaëlem Rathiewicz ad aliam Præposituram adfert

Quæsiti PP. quem Præpositum ad Contum Tuerecensem destinare, et in Cuius locum Prem Raphaëlem substituere vellent; Omnes et singuli per Vota sua ARP. Josephum Bitowicz Præpositum Miedniensem in Præpositum Tuerecensis Ecclesiæ et Conuentûs inducendum et Instituendum, Prem vero Raphaëlem Rathiewicz in Præpositum Miedniciensem transferendum esse declarauerunt et deciderunt. Eundem ARP Bitowicz ideo, quia ipsum Illmus Succamerarius ore viuo postulauit. quia idem ARP Josephus Bitowicz gramicierum illiusque Conuentûs est bene conscius, Illmi Succamerarij Fundatoris fantasiæ et modorum procedendi in rem communem practicus, atque Omnia recens datus alius in plenitudine annorum Illmi Fundatoris non ita sufficeret. Prem vero Raphaëlem Rathiewicz ex præmissis motiuis et vel maxime ex eo quia Præposituræ Miedniciensi est bene notus, ad Onere curandi bona Ecclesiæ et Conuentus Miedniciensis secundum posse suum destinauerunt et decreuerunt: Quibus et Rndmus Commissarius Votum suum adiunxit et decreuit, Eiusque transmutationis ab Eminentissimo Principe Dno suo Clementissimo confirmationem peti debere, per opportunitatem casus titulo accomodo et necessario declarauit

Anno ut supra die 18 7bris Præmissis præmittendis Rndmus Commissarius continuando Actum præsentem Sigilla Conuentuum Tuerecensis scilicet et Miedniciensis recepit, eaque Prib. Præpositis commutando reddidit, eaque de nouo alia fieri atque ad titulis Ecclesiarum suarum conformia formari demandauit, in stemmatibus Fundatoribus, et antiqua tanquam informia aboleuit, utque paratis nouis antiqua ad Archiuum reponerent præcepit

Vt autem ritè et ordinatè dicta Præpositurarum loca à PPbus translatis recipiantur, Rndmus Commissarius assignauit Commissarios ad recipiendum Ecclesiam et Contum Vtrumquemque seu Inuentarium Visitatione sua confectum, consignandum frumenta ex messe percepta, eaque PPbus Præpositis reddenda et ad se transmittendum acta sua, et quidem ad Contum Miedniciensem assignat ARPV Thadæus Trzyzna Præpositus Vilnensis: ad Tuerecensem verò Admodum RP Cyprianus Woyna Præpositus Michaliscensis

Fres in Contu Tuerecensi existentes omnes confirmantur, Fr vero Zelen de Contu Tuerecensi ad Poméniunense transfert.

Occurrendo Schismati in Sacra Religione et Passionibus ex motiuo Cuiuscunque Ambitionis provenientibus Monitorium ab Eminentissimo Principe Adm. R. P. Melchiori Niżynski Praeposito Videmens R. P. Georgius Bilewicz tradidit ad manus Titulum Praepositi Infulati PPbus praesentavit, eumque sustulit. Titulum similem in literis scribi vetuit et prohibuit; Conspirationes in Procuratione Infulae praefata sub poena hostilitatis in S. Ordine omnino prohibet: Patrem vero Woytkiewicz Vicepraepositum Pomeruniensem Schismaticum et destructorem Ordinis promulgat, ex eo, quod ipse semper Infulatum mordicus diceret Adm. Rndum P. Melchiorem Niżynski, et quadam vice Patri Pudzyna, prout tacto pectore palam id in praesentia PP. deposuit, hoc neganti Patre Niżynski esse Infulatum responderit n'es tu nrā partis. Et quia dictus Pater Augustinus Woytkiewicz existens simplex Vicepraepositus nullo in Sacro ordine maiore officio fulgens neque aliquo merito notabilis, causas S. Ordinis contra Decreta Capituli Generalis ausus est attentare ac si pertinens esset et Decretis Rndmi Commissarii in contemptum ex sola malitia praesumpsit insultare, eaque vilipendere et contra illa furiose coram PP. Conventualibus insurgere: ideoque contra eum suspensum decretum suum latum in Visitatione in toto reassumit, poenasque in illo contentas extendit, et extendi debere decernit. Ipsum ex Conventu Pomeruniensi (quamvis propter certos respectus ibi necessarium) tamen quia malitia sua superat bonitatem, et utilitas ex eo proveniens in illo loco magis est periculosa) amovet. Patrem Alexandrum Debrowski in Concionatorem Conventus Pomeruniensis. Patrem Petrum Pudzyna in Vice Praepositum instituit et confirmat. Patrem vero Augustinum Woytkiewicz ad Conventum Vilnensem transfert.

Patrem Simonem Kiewlowski, quamvis id de enormitate sua ∪ maxime in rebellione contra Superiores saepius notatum punire potius quam monere expediret; nihilominus tamen habendo adhuc certum respectum, et apud se arcanum ad extendendas contra eum severitas poenas Rndmus non procedit, sed Paterne ad eo agendo Ultimate monet, quatenus ille Praepositо suo sit humilis atque obediens, quod si vero ∪ semel impegerit statim ad formales carceres per annua sessione uti incorrigibilem et intollerabilem dari debere decernit et irremissibiliter declarat.

Circa tonsuram, Mantoletum, et Superpelicea
Pro tota Provincia

Nihil decentius Uniformitate in Sacro ordine, quando Fratres nostri sicut unus Omnes, tanquam Unanimes in domo Domini vivunt atque incedunt, nihil vero deformius, cum unus eorum sic, et alter sic procedit; rixantes incessu statu habitu invicem. Cum ergo constet quod Antiquissimus sacer ordo noster sit Canonicus et Fratres in eo Deo ad gloriam militantes veri Canonici Regulares, solo abusu et propter temporum vices sicut à habitu canonico, ita etiam à tonsura defecerunt. Quare redeundes ad pristinum vigorem nostrum, redireque feliciter volentes, Omnes et singuli in praesenti Convocatione congregati lege perpetua statuimus et determinamus ut Fratres

Ordis

Ords nri tondant se Canonicè, habitu utant Canonico; in processionibus et publicis a:
ctibus Prælati Ecclesiarum utantur Rocheto et desuper eius Mucetto, Inferiores verò
Fratres Superpelliceis utant. Mantolettum clausum Laicis offerimus, Apertum
verò Patribus et FF Presbyteris et Clericis assignamus atque concedimus. Quod quid
verò contrarium in Constitutionibus Nris reperit et huiusque n'erat observatum, supplicamus
Sctæ Sedi Aplicæ eius humillimi filij et servi quatenus Nobis in eo Propitia
esse dignet

Circa Picturas Imaginum SS: Ords Nri

Mandamus et præcipimus Omnibus et singulis Ords nri PP et FF quatenus
Imagines SS: Ords nri ad Ecclesias aut domos suas, ita prout incedimus pingi fa:
ciant, antiquas vero, et ex solo abusu irreptas picturas, aut corrigant, aut deleant.

Circa Conuentum Videniensem.

Adm Rndus Pr Melchior Nidzynski Præpositus Videniens proposuit Rndmo Com:
missario et PP Negotium suæ Ecclesiæ et Contus Videniens in eo, quod Illmus Dnus
Michaël Sedlicki Palatinus Minsciens emerit bona ad Contum Videniensem
spectantia, iam Iure evicta, et Vindicata in fraudem S: Iustitiæ, et dilationem à Con:
tensis possessoribus dictorum bonorum emerit, Nobisque executionem Decretorum, et Inductionem
possessionis iam à Iure paratam Impedivit: Quare et petijt Idem ARPr superea
consilium, an debeat cum dicto Illmo Palatino litem inchoare, præsertim cum metus
sit potentiæ suæ. Ad quæ Rndmus Commissarius cum PPbus Imo Dictum Illmum
Palatinum per amicos, superea præsumptione Informare, et ei supplicare, quatenus à Con:
tractu recedat, Quod si vero ita requisitus recedere noluerit, litem cum dicto Illmo Palatino
instituti debere, ne silentium plus noceat, adinuenit et mandauit.

Circa Supplicem libellum PP Pudzyna et Ror

Concedit Rndmus Commissarius una cum PP usum summarum suarum, quas ex sorte sua ad Re:
ligionem intulerunt Et quidem Pr Ror qui intulit tria Millia à duobus millibus Ipse fructum
percipiet quousque vivet, à tertio verò mille Contus Vilnens. Pr verò Pudzyna à 1500 fl
quousque vivit percipiet fructum, postquidem à simili summa eiusdem participet Contus Vilnens
Iura sua ad vindicandas summas accipientes scriptum ad Archivum dabunt, et summas
cum scitu ARP Præpositi Vilnens locabunt sub amissione concessæ gratiæ ita PP consen:
tientibus.

Supplicauit Rndmo Commissario Albertus Barasskiewicz, et congregatis per convocationem
Patribus, quatenus concederet illi secura mansio perpetua et filio eius Georgio in Fundo
ad Contum Miednicens spectante, ex quo labores et cætera onera pretio iusto redimeret, ut
pote ex fundo suo labore acquisito et ab origine procurato. Quam supplicationem Iustam et

rationi consentaneã Rndmusq agnoscens, una cum PP. Provincial. petitioni ei annuit sessionem eius et habitationem in illo fundo perpetuam atq immobilem, neq ab ullo Praeposito mutandam concedit et approbat. Operã fundi pretio pecuniali redimere indulget, atq ut quotannis ex quolibet laneo 30 fl. polonicales Pri Praeposito Miednicensi solvat ipso consentiente et suscipiente mandat et imponit, ita consentientibus Patribus.

Supplicavit deinde Georgius Kompacki Rndmo Commissario et omnibus Patribus quatenus libera ei concedatur et filiis eius habitatio in domo sua ad Ecclesiam Miednicensem a se aedificata et usus horti ad Conventum Miednicensem pertinentis eidem iam concessi, quos supplicatione Rndmus acceptavit, praesenti decreto suo statuit atq decernit, imoveruis inhibet Superioribus loci ne eum uti Ecclesiae illi idoneum inturbare non praesumant, quinimo eum in eodem loco foveant.

Pontificalia Adm. Rndi Dni Melchioris Nizynski Rndmus Commissarius revidit ac verificari fecit, et haec quia non praecisa reperit in eodem Conventu Videmensi ea relinquit ita tamen ut clavim ab illis A. R. D. Praepositus Vilnensis apud se detineat mandat et declarat.

Post haec legi fecit Rndmus Commissarius literas Perillus M. D. Christophori Zawisza Capitanei Palatinatus Minscensis, sive Fundationis plenas quibus annuens, in Commendarium eius loci ad tempus ulterius R. P. Georgium Sołowicz instituit, Eumq monuit atq hortatus est, quatenus ibi religiose se gerat tanquam Deo et Rndmo Commissario uti legitimo Superiori redditurus rationem. Commendatura haec est ad Capellam Zaslaviensem.

Quibus ita in Nne Dni factis et perfectis Rndmus Commissarius finem Convocationis suae beatum impositurus PP. omnes et singulos de observanda regula, de profectu religioso, de pace interna et externa, tum etiam de extinguendis odiis et dissensionibus exhortatus in vulnera Xti crucifixi reposuit et consignavit iter eorum benedixit et Acta praesentia omnium et singulorum manibus subscribi demandavit. Prohibuitq insuper ne Fres ordinis nri cuiusvis gradus et officii in calceamentis rubeo coloris et elevatis utantur. In quorum fidem

Silvester Concessus Rodkiewicz Canon. Reg.
Commissarius Ordis Praepositus Trocianensis mppria

Smanie Demetri de Radre OS Bom:

Pr Ferdinandus Bartoszewski Secretarius
ordis et Notarius Actuarius mppria

Pr Thadaeus Inyzna
Subprior
Miedniciensis

Pr Melchior Nizynski Praepositus Videmensis mp
Praepositus Vilnensis mp. Pr Raphael Andrzejewicz
Pr Cyprianus Woyna Praepositus Michaliscensis mp
Josephus Bilonicz Praepositus Trzecensis mp
Pr Mauritius Kopec Prior
Stanislaus Gaylicki Praepositus Skiemianensis mp

Ut Ubi Pres Praepositi in Convocatione moderna praesentes manus suas ad acta praesentia apposuerint Rndmus Commissarius Omnium et singulorum in Convocatione Immediata praesentium manus proprias eorum apponi debere admonuit et Maioris fidei Ergo Praesenti Decreto Suo Mandavit. Qui ad appositionem manuum suarum requisiti decreto Rndmi Commissarij facile obtemperaverunt et manus suas subscripserunt.

Fr Carolus Paprocki Vicarius Videniensis mp
Fr Paulus Lenczewski Vicepptus Vilnensis mppa
Fr Joannes Bor Vice Pptus Mi Ngi
Fr Simon Kielczewski Vice Praepositus et Concionator Iwieiensis
Fr Petrus de Goniedz Duryna Vice Praepositus Boniemuniensis
Frater Georgius Bilowicz Asst CM mp
Jacobus Tur mp
Fr Florianus Jerzewski mp

CONVENTUS SKIEMIANENSIS
Particularis

IN NNE DNI AMEN.

Actum in Conventu Skiemianensi in quo duo tantum Fres resident Ao Dni 1693 die 19 7bris. Descendens Rndmus Commissarius ad Complendam Visitationem in Provincia Lituana praemissisque praemittendis fundavit Iurisdictionem, quam cum reverenter Pres Conventus acceptaverint Obedientiamque uti legitimo Superiori Suo praestiterint. hunc ad Pres habuit sermonem.

SERMO ad Pres Skiemianenses

In multis aequè ac paucis, regnare Dnum, qui Ipse Rex et regnum est noviimus planissime. Ille enim Omnipotens; ille est Sceptritenens; qui in multis et paucis salvare nos potest. Ideoque Fres, sive duo sive centum sumus, regnum et haereditas Dei sumus, et Dnus pars nra optima. Hinc Conscientia nobis ante oculos, anima in manibus, Vocatio in meditationibus; obligatio in assiduis Sctae memoriae edulis: Solitariam quippe vitam eò facilius ducimus, quò magis soli sumus, et dum perpetuò unus et unus in locis pauperculis degimus, perfecti quoque eremicolae, Deum cum ibus creaturis unà benedicentes existimus: et pauciores numero Minores temporalium curas habemus, ut toti hoc vivendi modo Religioso, in servos Dei, Ipsum imo Deum transformemur.

Nihil ergo, religioso profectui officiat Fratrum paucitas impedit in Christo vivere volentibus, sicuti centenarium agmen, nihil proficit, contra Illum Insurgentibus.

Vos
et sui non recordantibus. Ergo Fres, inter vos paucos bonos vos reperire, et opera Vra optima inter duos vos visurum me spero, ad quos cor et oculos converto.!

Quo habito Rndmus Commissarius PPres in domicilio Skiemianensi degentes, ad se vocavit et una cum illis, Ecclesiam visitare perrexit

Atque in primis SSmam Synaxim revidit quam decentissime dispositam reperit Oleaque Sancta debite ac munde collocata invenit. Renovationem eorum vidit.

Et quia temporis exiguitas et propriae sanitatis Rndmi Commissarii debilitas, tum etiam publica Conventus huius bona fama post celebratam feliciter convocationem, et firma tum inter Ordis Fratres pacem nullos ad praesens exigit rigores, et examina stricta, Ideoque Rndmus Commissarius, palam Fres Conventus huius scilicet A. R. Praem Stanislaum Gaylicki) Praepositum et Augustinum Mazurka ... qui soli duo tantum manent interrogavit utrum aliquid contra se non habeant quod corrigendum emendandumque esset. et An obligationes perpetuas sine interruptione absolvant, qui palam et in praesentia PP. Responderunt invicem se contra se nihil habere, in pace Sancta et Religiose vivere, obligationes denique Fundationum absolvere in quorum fide manu signorum suas subscripserunt. Stanislaus Gaylicki Praepositus Skiemianensis mpp. Augustinus Mazurka mpp
U Praepozitz Skiemianensis mp

Quibus ita peractis et ordinatis Inventarium Conventus et Ecclesiae Rndmus Commissarius per me Secretarium fieri demandavit atque commisit. Ipse vero ad alia negotia Ordis proficiscens praesentem Sessionem solvit. et PP. de observantia Religiosa exhortatus est. [illegible]

INVENTARIUM

Ecclesiae et Conventus Skiemianensis

Ecclesia Skiemianensis Vetus lignea. In qua Altare maius deauratum.
In hoc Altari Imago Assumptionis V. M. Supra Ciborium Imago Visitationis B.V.M. et in hac Vota argentea variae formae et quantitatis —— No 20
Corona similiter argentea; funiculi Margaritarum sunt duo. Pro veste eiusdem Imaginis comparandae habentur argenti Unciae vulgo Lotow 16
Annuli pro eadem veste deaurandae aurei sunt duo.
Nodulus argenteus deauratus unus.
Aurenulae, globi, et [illegible] in eadem Imagine vilioris pretii non specificantur.
Corallorum funiculus unus globis vitreis intextus.
Manellae duae, una ex bohemicis lapillis, alia de cornu.
Agnus Dei insitum pendili thecae. Reliquiaria duo, unum in forma Cordis aliud circa lat
Corona super Imaginem Assumptionis B.V.M. ex globis simplicibus, alias Spaciorkow confecta.
Secundum altare minus ex asseribus pictis, in quo Imago Crucifixi Domini.
Tertium Altare item ex asseribus pictis in quo Imago S. Sophiae.

Imagines Variae parietibus appensae — — N° 14
Crucifixi forma, cum Statua Bssmae V: M: et S: Joannis sculpta lignea in medio Ecclesiae super trabem locata. Crux Processionalis.
Baptisterium cum Omnibus requisitis. item Fons Baptis. de Aere. Vascula pro oleis sacris stannea.
Vexilla Processionalia sunt — — N° 4
Figura Resurrectionis Christi. Portatilia N° 3

Sacristia

Sacristia similiter lignea, habet cum fenestram craticulam ferream.
Arca habet in Sacristia pro apparamentis cum Promptuariys:

Argentum aliaque Supellex Ecclesiae.

Calices duo argentei cum patenis, quorum Unus ab extra et ab intra deauratus, alter tantum Intus. Pixis argentea intus deaurata cum radys destructis argenteis deauratis, et signo argenteo deaurato Nomen Jesus. quo solebant Uti pro Publicis Processionibus.
Melchisedech argenteum deauratum.
Urceoli stannei quatuor, Pacificalia stannea duo, Ex ys unum cum reliquiys
Vasculum Aeneum Unum pro aqua benedicta ad Sacristiam.
Forma ferrea ad hostias parandas. Circuli duo pro hostiys efformandis.
Candedalbra stanea duo parua. Candelabra ex aurichalco Maiora — N° 2
Item Minora — N° 4. Thuribulum Aeneum, Campanulae 4 ad altaria paruae.

Apparamenta Ecclesiae Eadem.

Casulae albi coloris antiquae duae cum manipulis sine stolis.
Casula rubri coloris filis argenteis intexta cum stola et manip:
Item Rubri coloris casula hinc columna flauea cum stola et manip:
Casula flauei coloris ex simplici materia
Nigri coloris casulae duae cum stolis et manipulis.
Antependia serica Vetera — — N° 4

Vela.

Vela duo alba ex Carbaso filis argenteis intexta
Item Vela alba quatuor similr ex Carbaso simplicia.
Rubri coloris Vela serica duo. Item velum nouum ex mad dicta Korhoten
Nigri coloris velum Unum.

Velamina Imaginum ex

Velaminum Viridis coloris ad Imagine Bssmae V: M: par Unum. Secundum par ex serico coloris cerulei. Tertium par ex filis lineis elaboratum.
Velamen ad cooperiendam Crucem coloris Viridis Unum
Tobaleae in Universum — — N° 9. Corporalia decem
Mappae similr — — N° 9 Purificatoria N°

Bursæ duæ, Custodiæ — — N° 7 Albæ in universum

Superpelliceum Maius unum, Minora duo. Cinguli tres. Mantilia 3

Missale unum. Aliud pro Requiem.

Rituale Romanum in quarto maiori. Libellus Evangeliorum. Polono Lituang.

Libri Metricarum duo. Crux parua lignea

Strophiolum filis sericeis varij coloris intextum unum. Malleolus unus.

Monasterium. Campanile cum Campanis 369

Monasterium circumcirca septum sepibus simplicibus Domus lignea iam antiqua in qua hypocausta duo sibi opposita ad unum duæ camerae. Fenestræ in universum N° 7 Ianuæ in cardinibus ferreis N° 6

Inventarium Prædij dicti Sanid die.

Prædium circumseptum. In Prædio Domus una in qua Hypocaustum cum Camera et atrio. Fenestræ in hac domo duæ. Ianuæ in cardinibus ferreis N° 2. Alia Domus in qua hypocaustum nigrum cum Atrio. ex Atrio Camera. Ianuæ unæ in cardinibus ferreis.

Depositoria duo, in cardinibus ferreis ianuæ ad ea.

Stabula pro Pecoribus — — N° 5

Horreum. unum.

In utroque Planicies ad excutienda frumenta. Depositorium fæni unum.

Vasa Prædij.

Vasa ad deponendas farinas — — — N° 2

Dolia — — — — N° 8

Cacabus æneus magnus recens cura Admodum Reverendi Patris Stanislai Gaylicki Præpositi moderni comparatus cum pileo et tubis duabus.

Cacabulus paruus. Vasa ad portandam aquam — — N° 3

Vas ad braxandam Cereuisiam — — Binus. ~~unum~~

Jumenta huius Prædij:

Boues — N° 4 Vaccæ — N° 6 Vitula duorum annorum una.

Vituli unius anni duo. Vitulæ N° 3 Moderni anni Vituli 1. Vitulæ 3

Sues in universum — — N° 10

Oues — — — N° 10.

Anseres — — — N° 4

Galli Indici — — — N° 4

Galus — — — — 1 Galinæ N° 6

Messis # Frumenti.

Siliginis ex semine Tonnarum — 4	Sexagenas — —	28.	
Hordei ex semine Tonnae 1. — —	Sexag. —	11	
Avenae ex semine Tonnarum — 7	Sexag.	30	
Tritici hyemalis ex semine Tonnae 1/4	Sexag. — —	1 —	1/2
Tritici Verni ex semine Tonnae 1/4	Sexag. — —	1	1/2
Siliginis Vernae ex semine Tonnae 1/4	Sexag. — —	1	
Pisorum ex semine Tonnae 3/4 —	Vulgo przeplot	1.	
Ocymi ex semine Tonnae 1/2	similiter przeplot	1.	

Inventarium Rusticorum.

Img Jacobus Trumba advena habet filios 4. Joannem, Mathiam, Jacobum et Laurentium.
tud Boves et Equum fundi Semilaneum.
Elg Christophorus Mikas advena habet filios 2. Casimirum et Martinum, Boves et
Equum. Jacobus Kapustaius advena habet filios 2. Mathiam et Georgium. Bovem unum et equum
Stud
Atus Martinus Girbus. advena. habet Bovem unum [illegible]um unum, sine filiis.

Obligatio Horum rusticorum

A Festo S. Georgii ad Festum omnium SS. bini in praedio laborare cum jumentis tenentur à Festo SS. Omnium ad Festum S. Georgii: singuli idque tres dies qualibet septimana per annum operantur.

Quibus ita Ordinatis Rndmus Commissarius mandavit A. R. Pri Praeposito Sliemianensi quatenus secundum posse suum restaurationem Ecclesiae vix non collabentis curaret.

Post haec Conquestus est contra Adm. R. Pre Joannem Strzalechi Antecedaneum suum A. Rndus Pr Praepositus modernus, quod ipse pro tempore discedens ex sola fortassis malitia oppignoraverit Calicem, cum decem Imperialium oblitus sit in praedio dicti Conventus, petiitque quatenus ex istis decem Imperialibus pro recuperando Calice quinque Imperiales accipi permittantur.

Quod Rndmus Commissarius videns petitum Supplicis: Censuit decrevit atque determinavit ut omnino ex istis decem imperialibus A. R. P. Strzalechi Calix redimatur et Ecclesiae suae restituatur. NB

Postquam Rndmus Commissarius audiverit Praetensiones PP. contra R. P. Mi Synsli allatas et eius excusationes, advenerit eum nihil prorsus pro sacro ordine fecisse, sed solum tempore suo proprium commodum quaesivisse, pecunias grandes per excursus sibi à fidelibus Xti oblatas in suum utile conservasse, pro summa 2000 Ignatium Smigielski Vicarium Generalem ordinis et videmini invasisse rapta et nescit quo posita non respondisse

Quare totum id negotium, Uti expressis e Ordi Sacro tum eum bono regimini Ejus iniurium ad Notitiam Diffinitorii et Ipsius Eminentissimi Principis Ulteriorem declarationem reposuit et reponit praesenti mediante decreto: Suo-

Et + Quia Ego Georgius Ferdinandus Bartossenski Secretarius Ordis et Notarius Actuarius haec omnia in praesentibus actis contenta fideliter à me conscripta, caeteraque in absentia mea authentica recepta bona fide testor, atque ideo manum meam subscribo, et sigillum commissoriale quod hactenus in manibus meis fuit ad acta praesentia appono.

Georgius Ferdinandus Bartossenski
Idem qui supra mpp

In Nne Domini Amen.

Ano Dni 1695 die 3tia Mensis February.

Actum in Conventu Poniemunensi RP Rndmus Commissarius
Vbi descenderit ad Celibatu Conttu causa Inchoandæ secundæ Suæ visitaonis Commisso-
rialis Gnlis; ad pulsu campanæ convocatis in Communem Stubam Omnibus eius
Conttus PP et Fribus, Commissisq secundum solitu morem Committendis p me Ferdinandu
Bartoszewski secretariu Ordinis legi Mandavit Instrumentum Eminentissimi
Principis Celsissimi Illmi ac Rndmi Dni Dni Michaëlis S. R. E.
Cardinalis Radzieiowski ArchiEppi Gnesnens Legati Nati Regni Poloniæ
et M: D: L Primatis Primiq Principis. Totius Ord Nri Præpoti Gnlis et
Protectoris Clementissimi pro præsenti visitaone inchoanda ac feliciter perficienda
Latum. Quo lecto habuit Rndmus Commissarius ad Fres Conventus Spiri-
tualem sermonem de Vita Religiosa de die indiem meliorando ac bonis operibus exercenda
eoq finito descendit ad Ecclesiam p celebrando sacrificio Missæ, post cuius celebraonem
descendit ad visitandam Ssmam Synaxim, videndu Fontem Babtismi et revidenda olea
Sacra Circaquæ omnia Mundiciem et qd decet reperit honestatem. Deinde reversus
ad Refectoriu Hortatus est Fres in Dno, quatenus semper mente corde et ore bene-
dicant Dnu cum Sanctis Angelis eius. Sicq solvit sessionem in crastinu.

Ano ut supra die 4ta Febrii. Rndmus Commissarius horis Antemeridianis post ce-
lebraonem Divinoru ad pulsu campanæ convocatis Pribus et Fribus Commissisq solitis Quo-
tidiani factis oraonibus; sessionem habuit Commissor brevi sermone de assiduitate Reli-
giosis debita in orando: Mandavit sibi dari Decreta Præteritæ visitaonis, ac In-
ventoriu Ecclæ et Conventus præfati, quæ A R P Martinus Kopei Præpositus loci depo-
suit, iisq perceptis Rndmus Commissarius misit me secretariu ad verificandu Inven-
tariu, et ante processu verificaonis Prem Gabrielem Pietkiewicz incusatu de homicidio
sui Rustici ad Inquisitionem a Consortio Fru sequestrandu declaravit, sicut de facto seque-
stravit. Deinde soluta sessio

Horis Pomeridianis ipse Rndmus descendit ad Inventandam Ecclam. Cui post præter-
tam visitaonem adædificata turris lignea cu Copula et Cruce desuper. Sacristia
Item quæ fuerat muro cœpta, modo in parte perfecta, sed n finita.
Intro in Eccla superficies recenter data in parte maiori ex asseribus
Altaria eadem; in Altari B V. M: qd fuerant Vota argentea modo in Una tabulam con-
flata ad Ornandam superficiem Imaginis Bssmæ V: Mariæ. Figura pedis humani
argentea cu Catenula oblata ad Eandem Imaginem Gratiosam Bssmæ V:
recenter. Margaritaru funiculi duo: Corallorum funiculus auro intertextus in quo Coralli 16.
Munerulæ aureæ cu Adamantibus. Aurei duo.

Apparamenta deinde Ecclesiæ revidit

Quorum aliqua usu et abusu lacerata reparationeque indigentia aliqua Maiori aliqua Minori; omnino reparanda praesenti Decreto suo serio Mandavit Quomodo autem debeant honeste servari ipse Rndmus instruxit

Alba supra Inventarium praeteritum Una accessit cum Circumferentijs.

Corporalia accesserunt sine circumferentijs Quatuor.

Procedens Deinde Idem Rndmus ad videnda alia Ecclesiæ apparamenta Vexilla Ecclesiæ Serica rubea Nimium lacerata Invenit, Quorum quia Imagines formæ sunt bonæ et novæ. Ideoq; ea vexilla Omnino vel reparari vel de Novo, comparari decrevit et praesenti Mandato suo decernit.

Inventorium Conventus.

In Conventu ex ædificijs nihil accessit, sed eadem permanent, nec tamen desolata

Actum Anno ut supra in 5ta Febr. Rndmus Commissarius post Celebrationem Divinorum horis matutinis [illegible]endit ad Inventandum Prædium.

Inventorium Prædij.

In Prædio ædificia eadem quæ in præterita fuere visitatione.
Stabulum pro pecoribus parvum recenter ædificatum.

Jumenta Prædij.

Ex ijs decem quæ fuerant in præterito Inventorio Connotatæ fructificantes Vaccæ modo restant Octo quibus illæ tres adiunctæ quæ in præterita visitatione necdum erant fructificantes sunt No — — — XI

Boves trium annorum sunt No — — — IV

Vacca trium annorum adhuc non fructificans una reperitur in Prædio, alia data Rustico dicto Jurgis Purwelis pro hinnulo.

Vitulæ duorum annorum duæ quarum una in Prædio, altera data Coco.

Vitulus duorum annorum — — — I

Vitulæ anno 1694 autumnali tempore natæ II

Vitulæ anno 1695 Mense Januario natæ — — II

Vitulus huius anni — — — I.

Oves senes secundum Inventarium cum Junioribus fuerunt XXII ex his in usum communem applicatæ fuerant anno 1693 tredecim, et tantum pro anno futuro decem relictæ, ex quibus decem tantum fuerunt Juvenes 6, quæ in Conventu Consumptæ.

Modo reperiuntur Oves No IX

Apri apti ad Saginandum reperiuntur No VII

Sues ad fetum aptæ No — — V

Sues minores in Universum No VI

Porcelli Anno 1694 26 in usum Commune applicati.

Pelles Ovium A. R. P. Praepositus loci dixit dispositas tam in usum proprium quam in usum Conventualium.

Anseres in Anno 1694 ex 5 per hyeme relictis fuerunt 20 qui in usum Commune applicati

Modo reperiuntur tantum senes IV

Ex Galinis 9 Pulli fuerunt in Anno 1694 25 similiter in usum Conventus applicati.

Modo inveniuntur senes tantum VII

Anates ex tribus in Anno 1694 fuerunt 14 qui in usum Commun. appl.

Modo restant — — III

Galli Indici — — II.

His itaque visis et revisis reversus Rndmus Commissarius ad Conventum.

Horis Pomeridianis eadem ut supra die ad pulsum Campanae Convocatis ad Refectorium PP. et Fratribus Conventus Rndmus Commissarius Instituit sessionem In Qua de ordinaria via processus suae visitationis PP. est allocutus. Quomodo velit scire et inquirere omnes Conventuum Proventus. Ideoque Mandavit sibi dari Registrum oblatorum Ecclesiae Pomien. Quod sibi traditum a R. Pre Petro Pulsyna Vice Praeposito loci; ut ei sciret. Cuius Registri copia sequuntur

Ab Anno 1694 Connotata.

6 Januarÿ oblatus anser	1
Eadem die oblatus caseus	1
January oblatus porcellus	1.
Februarij oblatum cerae frustulum.	
Febr. oblata duo frusta cerae.	
Febr. oblati porcelli	3
Eadem die aries oblatus	1.
Martij oblatus porcellus	1
Mart. oblati porcelli	2.
Aprilis oblatus vitulus	1
Eadem die ova	10
4 Ductū Sti Spūs humili Corde sequi 5 Pro admissis defectibꝫ dolere et ꝑ bono success
gratias agere

XI
In Oratione frequenter tractanda

1 Cognitio sui, dolor de peccatis. 2 Quatuor hōis Novissima 3 Beneficia Dei 4 Vita
et Passio Xti 5 Conversatio cū Deo et sanctis eius.

XII
Observanda circa Confessionem

1 Conscientiā bene examinare 2 de Peccatis vehementer dolere, 3. De peccatis Integrè Con
fiteri. 4 Emendationem serio proponere 5 Pœnitentiā iniunctā mox satisfacere

XIII
Circa Sacrum Missæ officium

1 Conscientiā per Confessionem prius purgare. 2 Corde humiliato et contrito accedere 3. S
Cum reverentia et Devotione ad Gloriā Dei ꝑre et Ecclēa offerre 4 Cū fame spūali et sti
tate Communicare 5 Cum gratiarū actione recedere.

XIV
Post Sacrum

1 In Corde cū Christo se abscondere 2 se totū Xto offerre, 3 suas aliorūq necessitates Christo
explicare. 4 Pro se alijsq multa a Xto petere. 5 ad æternā Beatitudinē aspirare.

XV
In recitatione officij observanda

1 Cor ab omnibꝫ cogitatiōibꝫ purgare 2 Devotionem procurare 3 ad sensū Verborūq attendere
Verba integre proferre 5 Ad finem n̄ properare.

XVI
Examen Conscientiæ

1 Lumen à Deo petere 2 Pro Beneficijs gratias agere 3 Conscientiā discutere 4 De pec
catis dolere. 5 Emendationem proponere.

XVII
In Examine Conscientiæ attendendū

1 Transgressionibꝫ Votorum. 2 Tepiditati in Dei servitio. 3 Distractionibꝫ mentis 4 Prav
animi motibꝫ. 5 Detractioni et murmurationi quia utraq illis familiaris.

XVIII
In Refectorio.

1 Tacere 2. Studere mortificationi 3. Sobrie comedere et bibere. 4 Lectioni attendere
animū spūali cibo reficere.

XIX
Extra Domum

1 Portas sensuū diligenť custodire 2 Religiosam gravitatē et modestiā servare. 3 Rebus
Vanis ac novis n̄ attendere 4 De rebus Spiritualibꝫ loqui 5 Breviter se expedire,
atq domū redire 6 De proximis Vitijs n̄ inquirere.

XX In Lecto.

1 Deo Sanctis Patronis Angeloq custodi se commendare, 2 De morte et sepulchro cogitare 3
Contra inimici Insidias se munire 4 Quoties evigilat ad Deū recurrere 5 Ultra necessi
tem in lecto n̄ manere.

Quibus productis et datis Rndmus Commissarius ad visitandas cellas Prum et Frum processit. In cella Pris Mathiae Zelweybein Procuratoris, et in cella Pris Jacobi Rudzynski Concionatoris omnis honestas reperta.

In cella Pris Pnosko ob servatas columbas multae sordes inventae.

In cellis aliorum PP. et FF. nihil honestatis, quin imo praeter miseram paupertatem dedecens religiosos sordities.

In cella A. R. Pris Praepositi loci requisivit Rndmus Commissarius ab eodem restitutionem librorum de Bibliotheca Cracoviensi S. Mariae asportatorum per eum, quod etiam testimonium inscriptum A. R. P. Demetry Sulencwiz Praepositi Bogoriensis Rndmus ei praesentavit. Sed cum A. Rndus Welynski Praepositus id negaret, calumniamque sibi a Rndo Pre Praeposito Bogoriensi puram imponi dixit. Proinde Rndmus Commissarius hoc negotium ad Futurum Capitulum Generale reservandum et reponendum censuit prout de facto reservat et reponit.

Regista Proventuum et expensarum huius Conventus Videniensis ordinate conscripta Rndus P. Mathias Zelweybein Procurator loci eaque ab Anno 1693 18 7bris usque ad annum praesentis 1695 diem vero 28 Febris commutata Rndmo Commissario produxit.

Adm Rndus P. Melchior Dziżynski Praepositus loci Copias Authenticas Fundationis Ecclesiae et Monasterii Videniensis produxit, quae repertae a Joanne Jotsalewicz Protonotario Apostolico Urbis Capituli Vilnensis Actuario subscriptae et in eiusdem sigillo communitae.

Anno ut supra die 2da Marty Rndmus Commissarius tradidit Pribus et Fribus Conventus Videnisensis regulas Meditationum, et nonnullas propter praxim meditationum, quarum sequitur tenor talis:

Nauka o rozmyślaniu Pobożnym.

Meditacya albo Rozmyślanie iest uwaga krotka albo textu pisma S. albo przykładu pobożne, albo z iedney z tajności Boskich, dla wzniecenia pobożnego affektu postanowiona. Stąd Wiedzieć potrzeba, iezeli ciebie [illegible] przed meditatią ieszcze affekt pobożny napadnie iako to iest skruchy serdeczney, aż do łez wylania Miłości Boskiey aż do rozpalenia, pokory aż do wyniszczenia etc. tedy zabawsie w tym affekcie y iuż day pokoy rozmyślaniu; żebyś darow Ducha S. nie rozrywał. Masz sie zaś zabawić na tym affekcie tak długo; aż ci go stanie z łaski Boskiey, wzorem pszczołki, ktora tak długo z kwiatkow sok wybiera, poko go iey stanie.

Meditacya porządna według Oycow Ducha, te ma w sobie części. Dwie pierwsze zowią się Praeludia, to iest przygotowania: Pierwsze Praeludium iest, stawić się przed obecnością Boską: To zaś iest imaginatia przytomnego Boga, iakobyś iuż stał przed Bogiem.

Pamiętay, imaginować masz przytomność Boską czworako: 1mo Że Bog iest wszędzie, to iest y na tym mieyscu gdzie ty iesteś. 2do Że Bog iest w sercu twoim, y w tobie, iako przez Komunią Naswiętszą, y łaską osobliwą. 3tio Że Chrystus z Nieba na wszytek świat, a osobliwie na cię pogląda. 4to Że Chrystus twoy iedyny, y Naymileyszy Przyiaciel, teraz, y zawsze przy boku twoim stoi, y nigdy cię nie odstępuie, iako ten, ktory ciebie serdecznie kocha.

Secundum Praeludium albo Przygotowanie, iest prosić Pana Boga o światłość, y pomoc do rozmyślania upadaiąc przed Nim aż do Nog y kłaniaiąc mu się aż do Ziemi y poufale, iako Syn łaski Oycu miłosierdzia.

Nota. Czas do rozmyslania Naysposobnieyszy poranny, kiedy głowa wolna od dymow żołądkowych. Mieysce w Zamknieniu osobne, daleko od hałasow, wołania, tumultow, gadek, etc. Wygoda ma być od przełożonego do Zachowania y nabycia pokoiu w duchu dodana wszelka, ktora iest potrzebna. Sam zas człowiek rozmyslaiący ma być uspokoiony od wszelkich myśli, porywek nie potrzebnych affektow, iako to chęci rzeczy Zakazanych gniew, pomieszanie umysłu etc. Ale słowem powinien się wszytek uspokoić, y mieć się ku Panu Bogu. To iuż miawszy.

Naznaczyć upodobaną albo od przełożonego swego Naznaczoną sobie Meditatię.

Po odprawieniu meditatiey z łaski Boskiey osobliwey, powinne następować pobożne affekty, dla ktorych Meditatia iest Naznaczona.

Nota, Jezeliby czasem z rozmyslania swe nie mogł człowiek wzbudzić affektu pobożnego, co Oycowie Ducha zwykli Zażywać, nie płodność, suchość serca, tedy masz Na to tych zażyć sposobow.

1mo. Jezeli sam iestes okazyą tey oschłości wnętrzney, przez gnusność, y niedbalstwo twoie, tedy z pilnieyszą uwagą, gorętszą modlitwą, zaczni z Nowu też samą meditatią.

2do. Jezeli zas to iest Na niebie z dopuszczenia Bożego, w się działo z wielkiemi Swiętemi, tedy poklęknąwszy przed Crucifixem, upaday Na ziemię krzyżem prosząc miłosierdzia pod czas obnaż się, y weź dyscyplinę, biczuy ciało twoie iako łotr uznawaiąc to pokornie, Zes żadney łaski Bożey Niegodzien dla grzechow twoich. Składay na krzyż ręce Na piersiach twoich z dobrą Nadzieią w Nieskończonym miłosierdziu iego wzdychaiąc, y prosząc, żeby cię y teraz Nieopuscił. Weźmi w ręce Krucyfix, całuy Nayswiętsze iego rany, przytulay Zbawiciela twego do ciebie, zapatruiąc się Na ukrzyżowaną postać iego. Przypominaiąc testament iego, ktory dla ciebie Na Krzyżu uczynił, proś żeby teraz Na niebie pod krzyżem stoiącego w wielkiey miłosci y Nayswiętszey łaski swey Niezapomniał. Inszych sposobow aż do skruchy serdeczney, aż do łez wylania aż do miłosci Bożey dodawai będ- musi się Duch swięty dobroć Nayswiętsza.

Nota Po skończeniu Meditatiey, Ma Następować oneyże zawarcie, albo Conclusia przez zabranie pobożnych affektow, y onych Na sercu wyrażenie pobożne.

Nota. Na Naostatek dusza pobożna niech sobie rowiankę z meditatiey odprawioney, iako z ogroda kwiatkow rozlicznych uczyniona. To iest ma sobie w Pamięci Nanotować coś z danych rzeczy oney na meditatiey będącey naybardziey nie podobało, z ktąd, y iakie nadwoś affekta uczyniły, y to sobie przez cały dzień naprzypominać, tym się ma w pracach swoich cały dzień cieszyć, co na meditatiey z łaski Boskiey odebrał, tego pilnowai żeby Nie przestępił, co na meditatiey zachował Panu Bogu obiecał. Y to cię to iest, co S. Franciszkim prace iego uczyć było, przyiemnosci osładzało, czyniąc ma wiecey, a wiecey dobrych uczynkow ochoty dodawało.

Nota Jezeli będziesz uważał o dziełach, albo o dobrodzieystwach Boskich zmysłom twoim Nie podległych, tedy imaginuy sobie iakby się to działo w oczach twoich, a tyś Na to przytomnie poglądał. Jak Na przykład rozmyslaiąc o Męce Pańskiey, imaginuy sobie iakbyś był w Jeruzalem, y Na Kalwaryiskiey gorze, y patrzał Na to wszystko, co na tych mieyscach dobrotliwy Je cierpiał dla ciebie. Jezeli zas będziesz uważał o rzeczach Boskich, czysto duchownych, y zmysłom nie podległych, tedy to duchownie na fundamencie wiary Swiętey z pomocą łaski Bożey rozminawai będziesz, a takie iest Bóstwo przedwieczne pochodzące Osob Troyce Przenaswiętszey, chwała Niebieska, wieczność Nieskończona, o ktorey powiedziano; Że y w sercu Ludzkim nie postała taka wieść w sobie.

Dla taiemnieyszego zrozumienia ich wszytkim, co tu Namieniłem, masz te Meditatye Na przykład, według ktorych, gdy się w duchu ćwiczyć będziesz dodai pomocy Duch Sty, że ich Nie mowię więcey w sercu sobie znaydziesz sam sobie ie formowai, y sporządzać łatwo będziesz umiał, byleby's tylko chciał szczerze y skutecznie.

y słusznie Zakrzątnąć się o to, do zabawienia duszę twoiey, y dostąpienia powinney Stanowi twoiemu Zakonnemu doskonałości, dla ktorey świat opuściłeś, y ażebyś iey przez codzienne ćwiczenie w Duchu dostąpił, do tak dawnego y ubogiego Zakonu upodobanie wstąpiłeś.

Meditatio Pierwsza O Stworzeniu Ludzkim.

Praeludium Pierwsze. Stawić się przed obecnością Bożą.
Praeludium Drugie. Prosić o światło z Nieba.

Uwagi, albo Rozmyślania

Rozważ sobie, że tak wiele lat upłynęło, iak wszystko było na świecie, y że przed onym czasem niczymeś nie był. Gdzież żeśmy byli na on czas Duszo moia? Świat iuż tak dawno stał, a o Nas y wzmianki nie było.

2do. Bog cię wywiodł z tego Niczego, aby cię uczynił czym iesteś, nie żebyś mu miał być na co potrzebny, Lecz dla samey dobroci swoiey nieskończoney.

3tio. Uważ czym cię Pan Bog stworzył, a obaczysz, żeś iest nayprzednieyszym na tym widomym świecie stworzeniem, sporządzonym do żywota wiecznego, y miłości Stworcę twoiego iak nay doskonalszey.

Pobożne affekty y Przedsięwzięcia.

1mo Upokorz się iak nayniższy przed Maiestatem Boskim mowiąc nie tak usty, iako sercem. O Boże moy, Niczym nie iestem przed tobą, o iakożeś wspomniał na mię, abyś mię stworzył, y uczynił czym iestem. O Duszo moia zanurzona byłaś w tym zastarzałym, y dawnym Niczym, y ieszcze byś była w nim do tych czas zostawała, gdyby cię Bog z tamtąd nie wydźwignął, a coż byś tam była uczyniła?

2do. Odday Panu Bogu dzięki. O Panie dobrotliwy Stworzycielu moy, iakiemże obowiązany Maiestatowi twoiemu zato, żeś mnie z niczego wywyższył, y uczynił za szczegulnym miłosierdziem twoim tym, czym iestem. A iakoż będę mogł godnie za to wysławiać Imię twoie Przenaświętsze, y dzięki powinne oddawać dobroci twoiey Nieskończoney.

3tio Zawstydź się. Ale ach Stworzycielu moy! miasto tego, com się miał iak nayściśley łączyć z tobą, posłuszny być, y miłować cię nade wszystko, zbuntowałem się przeciwko tobie, a wzgardziwszy się z tobą grzechem iedności, lekce sobie poważaiąc dobroć twoię, iakobyś nigdy nie był Stworcą moim.

4to Uniż się przed Maiestatem Boskiem. Duszo moia wiedz że Pan Bog iest Bogiem, y Stworcą twoim on ciebie stworzył, a nie ty sama siebie. O Boże moy! wyznawam że iestem dziełem rąk twoich. Iuż tedy nie chcę mieć więcey upodobania sam w sobie, ponieważ sam z siebie Niczym nie iestem, z czegoż się chełpisz prochu, y popiele? owszem prawdziwa marności, z czego się wynosisz? Ażebym się upokorzył, to, a to Uczynię, tę y owę wzgardę cierpliwie zniosę, żywota mego poprawię, przydaćnapotym zawsze za Stworzycielem moim y iuż nadal poważać zacność istoty moiey będę, ktorą zupełnie woli Bożey poddaię, a aby tym wierniey dotrzymał, przyiąć do skutku sposoby do tego służące naradziwszy się wprzod Spowiednika albo wodza moiego.

Zawarcie Meditaciey.

1mo Dziękuy Panu Bogu. Błogosław Duszo moia Boga twoiego, a wszystkie wnętrzności moie wysławiay Imię iego, albowiem dobroć iego z Niczego mię wywiodła, a miłosierdzie iego stworzenie mi uczyniło.

2do. Offiaruy. O Boże moy offiaruię Istność moię, ktorą mi dać raczył, wespoł z sercem moim, ktore oddawam, y poświęcam Na zawsze.

3tio Proś Pana Boga. Umacniay mię o Boże moy w tych pobożnych affektach, y dobrych przedsięwzięciach moich. Panno Przenaświętsza zaleć ie miłosierdziu Syna twoiego wespoł z temi, za ktorych powinien się modlić. etc. Oyczenasz etc. Zdrowaś Marya etc. Powstawszy z modlitwy przechodząc się trochę po izbie pozbieray z namysłem uwagi ktoremi się zabawił, a uczyń sobie z nich wiązankę duchowną, abyś się Zapachniały przez cały dzień cieszył, y posilał.

Druga Meditacya.

#

O końcu do którego wszyscy iesteśmy stworzeni.

Przygotowanie.

1mo. Stawić się przed obecnością Boską.
2do. Prosić o światłość z nieba.

Uwagi Rozmyślania

Nie dla tego ciebie Pan Bóg stworzył, y na tym świecie postanowił, żebyś mu miała być potrzebną, czy człowiek, gdyż z musu zgoła na nic przydać nie możesz; Lecz szczególnie aby na to by pokazał dobroć swą nieskończoną, daiąc ci naprzód łaskę, a potym y chwałę swoią. A zatym użyczył ci rozumu, abyś go poznawała, pamięci, abyś nań pamiętała, woley, abyś go miłowała, imaginaciey, abyś sobie wyrażała dobroć wieczystwa iego: dał ci oczy na przypatrzenie się zacności dzieł iego, język na wychwalanie imienia swoiego, y tak wszystkie inne zmysły ciała twoiego. Będąc tedy od Boga na tę intencyą stworzoną, powinnaś wszystkie sprawy oney się sprzeciwiaiące odrzucać od siebie, y strzedz się ich z pilnością; owemi zaś z których żadnego pożytku nie masz, y do tego końca zmierzaią, gardzić iako próżnemi y niepotrzebnemi.

Uważay zaślepienie w tey mierze ludzi światowych, którzy o tym cale nie myślą żyiąc na ziemi, iakoby to tylko byli stworzeni, żeby domy, y pałace stawiali, drzewa szczepili, bogactwa zbierali, y tym podobnemi fraszkami zabawiaiąc się, żywot swoy trawili.

Pobożne affekty, y Przedsięwzięcia.

1mo. Zawstydź się przypominaiąc duszy twoiey nieznośną nędzę w którey przedtym zostawała, gdy tych rzeczy całkiem, albo mało co uważała. O Boże moy, o czym żem myślała kiedy cię w pamięci nie miała. Na coże pamiętała, kiedy o tobie m zapomniała. W czymem się była zakochała, gdym ciebie żarliwie nie miłowała. Miałam się karmić prawdą; a samą się próżnością pełniała, y światu mnie niebacznie służyła, który mnie na posługę iest stworzony.

2do. Wyrzecz się żywota przeszłego. Wyrzekam się was niepobożne myśli, y niewczesne rozumu moiego zamysły. Odrzucam się samych was przeklęte, y marne rozpamiętywania. Nie znam was więcey fałszywe, y zdradliwe przyiaźni, wszystkie płonne, y daremne, wdzięczności niewdzięczne, łakotstwa gorzkie y niesmaczne.

3tio. Nawróć się do Pana Boga. Tyżaś o Panie, y Zbawicielu moy będziesz tey godziny iedyną myśli moich zabawą, y nigdy więcey rozumowi memu nie dopuszczę zabawiać się na czym, coby przysługami twemu przeciwnego było. Pamięć moia po wszystkie żywota mego dni będzie się napełniała wielkością dobroci twoiey nadziemną, tak łaskawie pokaza… Serce moie tobą szczególnie cieszyć się będzie, a żądze, y affekty ty sam sobie będziesz. Iuż tedy owe fraszki, y marności, któremi m się zabawiała, owe próżności w którychem czas trawiła, owe affekty, które dzieliły serce moie odrzucam zawsze od siebie, y brzydzić się niemi będę, zażywaiąc tych, y owych sposobów do tego.

Zawarcie Meditaciey.

1mo. Podziękuy Panu Bogu, że tak cię dla wysmienitego, y wysokiego stworzył końca, iakim iest dla siebie samego. Stworzyłeś mię Boże moy dla ciebie, abym chwały twoiey nie słusznoby wiecznie z tobą zażywała, a kiedy się tego godną stanę, y przez … chwali…

Numer 1

Regestr Expensu pienięznego [illegible] przy mnie Czeladzi na Dworze pod [illegible] tego Roku 1744. Die 20 9bra

Jam	Za wyrobienie słodu beczki	f 1	
	Za mliwo		11
	Za robienie piwa	f 1	
	Za wodki wypędzenie [illegible]	f 1	5
	Za stancyje gurdy 2	f –	3
	Za wyrobienie słodu beczki	f 1	8
	Za ryb	f	
	Za mięso	f 1	15
Jm	Za robienie piwa	f 1	
	Za chmielu worek	f 2	16
	Za puł płyta drew	f 8	
	Za wyrobienie dwoch beczek słodu	f 2	16
	Za war wodki	f 1	8
	Za kapustę	f –	12
	Za ryb	f	
	Za [illegible]	f 1	
		f 3	10

		Roku 1745.	
2	Januar	Gospodarzowi Łabuckiemu	f 18
		Pastuszkowi Łabuckiemu	f 8
		Za wyrobienie Owczynek	f
		Za wyrobienie Warmwodki	f
		Za Stampie Funt	f 1
		Za Zrobienie Kwor	f
		Za Rybę	f 1
		Za Wyrobienie Dwoch Beczek z Stadu	f 2
		Gospodyni Troscianskiey	f 18
		Za Opręcze na Czop	f 1
		Za Dwie Wiadry	f
		Za Kocałki	f
4	February	Za Mliwo na Chleb	f
		Za wyrobienie piwa	f 1
		Za Mliwo na Brach	f
		Za Var Wodke	f 1
		Za Starosz	f
		Za nyse	f 1
		Item Zarysu	f

Dopełniać się chwalić Boga według obowiązku mojego. 2do Offiarny.
Offiaruię Stwórcy mému wszytkie pobożne affekta, y przedsięwzięcia, oraz z Niemi Duszę, y Serce moie.
3tio Proś Pana Boga. Suplikuię do Maiestatu twoiego o mnie Boże, abyś przyimuiąc raczył te żądze, y pragnienia moie, i życie duszy mily pobłogosławił, żebym ie do skutku przywieść mogła, przez zasługi Przenaydroższey Krwi Syna twoiego Naysłodszego. Amen. Przez tu na Krzyżu za Nas wylaną Krew.
Uczyń sobie Rozmowkę Duchowną, iako wyżey.

Trzecia Meditatio.

O Dobrodzieystwach Boskich.

Przygotowanie.

1mo - - - - Stawisz się przed Obecnością Boską.
2do - - - - Proś aby ci Bog Rozum oświecił.

Uwagi albo Rozmyślania.

1mo. Uważay przytomnie ciała twego, który Bog dać raczył, iako sam Ciało, iako w Duszy do zatrzymania y zachowania onego, iako czerstwe zdrowie, iako wiele Ludzi nie zakazanych do wykonania sił zwątlonych, iakich nie przyimuiąc, iako powoli wygodę do Życia. A to wszytko uważay patrząc na takie wszytkie, wielkie niżeli ty Lepszych Ludzi, którzy tych dobrodzieystw niedoznaią. Gdy albowiem zostawaią w [illegible] zdrowia, na wielkich niedostatkach, drudzy na ciężkie pośmiewiska wzgardę y złe życzenie od ludzi, inni ostatnim przyciśnieni ubóstwem; a ciebie od tego Pan Bog wszytkiego zachował.
2do Uważ potym dary, y przymioty, którymi Rozum twoy iest przyozdobiony; tak wiele iest Ludzi Na Swiecie głupich, szalonych, rozumu nie maiących. Cos ty zaś nie iest takim, komu to przypiszesz, ieżeli nie szczególney łasce Bożey? Cóż znowu wiaksza iest tych, którzy w prostactwie y grubo wychowani, nic nie umieią: Opatrzność zaś Boska sporządziła dla ciebie wychowanie uczciwe, y pobożne.
3tio Rozważ łaski, którymi Dusza twoia iest udarowana; że iesteś Katoliczką Kościoła. Pan Bog cię z młodości zaraz oświecił, y przyprowadził do poznania siebie. Pakwielki razy Sakramentów Swiętych zażyłaś, iakoś często miewała Natchnienia pobożne, światłości wnętrzne, strofowania sumnienia, ~~trwiała~~ iak wiele razy odpuścił grzechy twoie, w których wielu zostawała woli[illegible] szy, w których miała Dusza twoia zginąć, zgubić, y w tych przeszłych godzinach [illegible] azali [illegible] czas [illegible] y w [illegible] wszytkie dobrodzieystwa od Boga otrzymane uznasz

Et quoniam Adm. Rndus P. Ferdinandus Bartoszewski Secreta-
rius Gnalis ob legales causas, propter dispositionem domus suae pupillae petiit
Licentiam, quatenus domum suam pergere posset, quam ex iustis causis etiam obtinuit,
ob idque continuationi Visitationis praesentis personaliter adesse non potuit, et non potest, ideo Rndmus
P. Commissarius ad perficiendam Visitationem me uti juratum Notarium suum supersecreto, et fidelitate servanda, in locum ejus assumpsit. Atque imprimis.

Anno Dni 1695 die 12. Martii horis ante-
meridianis, Actum in Conventu Videni-
scensi.

Rndmus P. Commissarius de Via Micha Liscensi redux convocatis ad pulsum campanae Patribus et Fratribus, et absolutis solitis orationibus,

1mo processit ad revidenda apparamenta in Sacristia, reperit munda, et complete ordinata, in totos juxta inventorium in prima Visitatione confectum, et ea quae accesserunt ad Sacristiam, suntque conscripta iam in Anno hoc. Deinde processit ad revidendum ulteriorem Ecclesiae Videniscensis Thesaurum, Veniens vero ad Locum depositi, Pontificalia in primis videre voluit, ubi infulam pretiosiorem, et pedum argenteum non reperit. Interrogatus super eo P. Praepositus Loci, dixit oppignorata esse apud Magnificum Dnum Dnum Grzeszewski Dapiferum Poznaniensem in summa trecentorum florenorum Polonicalium, pro necessitatibus Ordinis, asseruitque duas lampades argenteas ejusdem Ecclesiae, similiter in summa trecentorum florenorum Polon. oppignoratas nondum levatas, ibidem invenit duo timpana aenea, et 3tium ligneum alias bembenbraganski, armaturam Cataphractorum Militum et bombardas majores dictas hakownice prout in inventorio reperiuntur, sed rubigine consumptas.

Atque his ita peractis, visis revisis auditis Rndmus Commissarius expeditis Patribus pro decantando Summo Sacro, apud se matura deliberatione facta, et solum Deum, justitiamque ejus Sanctam prae oculis habens, sequentia tulit

Decreta.

1mo Circa Ecclesiam tam ab intra, quam ab extra, tum etiam circa officium divinum, nec non Monasterium Ecclesiae et Conventus, eorumque administrationem, mores, et vitam Fratrum tam in capite, quam in membris decreta sua in Visitatione prima servari debere censuit, et de facto censet.

2do Meditationis studium, ejusque instructio, hora, et tempus dispositioni atque ordinationi Adm. Rndi Patris Praepositi in toto committitur, ut quotidie, et sine intermissione observet serio atque omnino eidem Patri Praeposito praecipitur. Patres vero, et Fratres obedire sibi firmiter debebunt.

3tio Puncta pii exercitii Religiosi, ut quilibet Pater, et Frater sibi conscribat, eaque in cella habeat

Et adiscat cura de Adm Rndi Pris Praepositi.

4to Regula Sancti Pris Augustini, et Constitutiones Ordinis certis diebus quâlibet hebdomadâ Fribus ad mensam legantur.

5to Ebrietas omnis prorsus tollitur, et prohibetur sub poenis gravioribus, vel maxime ea, quae ex depravata consuetudine, et sine ulla urgente causa, exercetur. Decet enim Nos tanquam Angelos Dei sancte, et sobrie vivere tempusque nobis concessum, meliori, utiliorique negotio, quam ventri impendere.

6to Regestrorum Revisio, tum etiam Ordinum Verificatio, in commodius tempus praesenti decreto reponitur.

7mo Culpae Frum Conventus huius notabiles non sint et in parte ad Rndum Prem Praepositum Loci, punitae et correctae ideo illa quae adhuc aliquâ animadversione indigent, sicut et caetera bono Sacri Ordinis, et Conventus huius convenientia, atque utilia. in futura Convocatione declarabuntur, pariter et Ordinatio Frum deinde.

8vo Pro Fribus Romanis etiam Provisione secundum taxam antiquam et pro Consistorio Romano in Necessitatibus Ordinis Universi prout charitas in Matrem Religionem dictat, et posse melius Deo, et conscientiae suae Votum declarat, conformando se decreto Eminentissimi et Rndissimi Principis Dni Nri Clementissimi nuper ad initium Visitationis Vrae, in hac communi stuba lectum, et publicatum, feret una secum ad convocationem a Nobis brevi Deo dante intimandam Adm Rndus Pr Praepositus Loci. Caetera omnia fiant tam divina quam humana a Fribus Conventus huius prout Dei ad gloriam, salutiferorum animarum suarum ad melius perfectiusque esse fieri per regulam S. Pris Augustini et statum Ordinis exiguntur.

His ita decretis sancitis, lectis, et publicatis Rndus Pr Commissarius secundum Constitutiones Ordinis culpam suam dicentem Pre Praepositum Loci, pro Conventu Prem Iacobum Buczynski et pro iisdem salutarem poenitentiam competentem assignavit Rndo Pri Praeposito dicere Septem Psalmos poenitentiales; Pribus vero et Fribus Officium Defunctorum pro Benefactoribus defunctis Ecclesiae, et Conventus huius, deditque eis absolutionem generalem. Post haec ut absolveret Conventus Trecentas Obligationes Bogoryenses Pribus Conventus huius Adm Rndo Pri Praeposito Loci praecepit, et injunxit.

Similiter quâlibet feriâ sextâ celebretur missa alta cum Litaniis de Beata Virgine, applicentur disciplinae in communi, ab omnibus, et singulis Pribus et Fribus ejusdem Conventus, pro felici concordia Principum Christianorum, vel maxime Magni Ducatus huius praecipit, et injungit, idque tamdiu, donec motus hi periculosi pacati non fuerint, vel maxime in hac inclyta Patria Nra atque sic datâ de observantia praesentium decretorum admonitione, factisque Deo debitis gratiis praesentem Visitationis actum feliciter finivit.

In Conventu Twereczensi Anno Dni 1695 Die 16 Martii

Venerunt Literae ad Rndum Prem Commissarium a Rndo Magno Dno Sancto Petkiewicz per singularem nuncium missae, in quibus expressa fuit deprecatio contra Prem Michaëlem Mikołaiewicz in eo, quod ille offenderit praedictum Magnum Dnum, quasi contra eundem ostentationis suae aliqua loquens, ex quo hunc Sacellanum a se absolvi, et alium comodo tempore petere se velle, expressit.

Quibus omnibus Rndus Pr Commissarius consideratis, reperit voluntarias gravas extorquere non posse, et quamvis Pr.

P^e supradictus datus fuerit Cælibato Mag^{co} D^{no} ad ejusdem instantiam pro conservando [illegible] animo, Nihilominus tamen, quia hoc ipsum occulta dispositione aliter invertere cœperat, Idemq P^e Commissarius contra torrentem niti videns difficile, totumq id beneficii glmus Christo Crucifixo commendans, conformando se voluntati Scribentis, responsum dedit eidem innuendo, quod desideriis suis satisfacere incumbat, sine tamen præjudicio Ministrantis, et Religionis; quare dedit Obedientiales Capellano suo supradicto, quatenus eodem momento ab obsequio Spirituali suprammemorati Mag^{ci} D^{ni} amoveret, et se vel ad Ecclesiam Vicarensem usq ad Dominicam in Albis, vel ad Conventum Tonremonensem usq ad declarationem suam ulteriorem omnimode conferret, Literas obedientiales dedit.

Et quia Nonne otiosa Spus S. Obumbratio, ideo venerunt 2dæ Literæ Solocii d. 17 Martii Anno præsenti ad Rndum P^{em} Commissarium à Mag^{co} D^{no} Pietkiewicz datæ, tenoris sequentis:

Wielmożny Mści Xięże Commissarzu,

Moy wielce Mści Panie Dobrodzieiu.

Na wszytko respondowac nie podobna, a to li, aby się to nie zdało, iako WMM Pan pisać raczysz, iż zachodzę Xiędza Mikołaiewicza ma poisć w zapomnienie, w nadziei Pańskiey Łaski, o to proszę do przybycia mego Dobrodzieia zatrzymana tem Xię, który z Nami do Wilna iedzie. Ja Dobrodzieiu polutowac będę, a mnie raz oddanego w miłościwą Pańską Łaskę z opieki Nie wypuszczać uniżenie proszę, iako tego, który iestem WMM Pana Dobrodzieia nayniższym sługą. Pietkiewicz. P.S. O responz proszę, y o confirmatią do spowiadania mego Dobrodzieia z Nami swemi sługami.

Quibus acceptis, lectis, et consideratis R. P. Commissarius eidem M. D^{no} per me rescribi fecit, declarans gaudere secum Patribus de benefica Memoria, orareq Deum, ut ejusdem perennes et grati simus. P^{em} Petrum Mikołaiewicz a data sibi obedientia absolvit, atq in eodem Loco ad ulteriorem suam declarationem permanere debere declaravit. Die eadem, et Anno ut supra.

ACTUM
in Conventu Swerecensi

Anno ut supra die 18 Martii R. P^e Commissarius in Præpositura et Conventu Swerecensi horis antemeridianis convocatis ad pulsum campanæ Conventualis dictis Patribus, et Fratribus, iisdemq præsentibus, scilicet, Adm. Rndo P^e Josepho Pitowicz Præposito Swerecen. Simone Dlewszewski Vice Præpto, Stanislao Margielewicz Concionatore Lituanico, Athanasio Basewicz Sacrista, et Me Notario suo jurato, Omissis de jure Ordinis precibus religiosis, lecta facultate sua pro secunda Visitatione ab Emo et Rndmo Principe authentico documento, eodemq per me Patribus promulgato, et clara Voce publicato, jurisdictionem suam [illegible] fundavit, sermonem Spiritualem de perfectione Regulari Necessaria, et ejusdem consequendæ mediis ad Fratres habuit, Visitationem se incipere declaravit, et inceptam ulteriori prosecutioni mandari debere dixit; Post quæ à P^e Præposito gratanter exceptus, et à Patribus Conventualibus universaliter salutatus est.

Atq hoc actu, et à Patribus recepto, R. P. Commissarius ad celebrandum Missæ Sacrificium ivit, in ejus fine, SSmum Eucharistiæ Sacramentum pro publica adoratione recludit, Fres adstantes benedixit. Peracto Missae sacrificio revidit Olea Sacra, et fontem baptismalem, in quibus omnibus ordinem, atque decentiam reperit.

Hoc peracto statim ad Refectorium rediit, ibique Patri Praeposito Loci intimavit, instare visitationem suam Ecclesiae Sacristiae, Conventus et Praedii; ad quam visitationem ut omnia requisita, et necessaria pararentur, admonuit, sessionem vero praesentem ad horas pomeridianas solvit.

Anno die ut supra horis postmeridianis soluta reassumendo sessionem Reverendus Dominus Commissarius Patri Praeposito Loci mandavit quatenus Inventorium suum Anni in visitatione sua Anno penes hanc Ecclesiam, et Conventum relictum produceret: qui surgens, et humiliter veniam petens respondit, Inventorium a Patre Batkiewicz simul et decreta visitationis suae Anno non esse sibi data.

Hoc audito, Reverendus Dominus Commissarius querelam Patris Praepositi et excusationem suscepit, denegatis sibi NB decretis, atque inventorio cum Patre Batkiewicz in futura Communicatione agi debere declaravit.

Procedens ad ulteriorem Ecclesiae, et Praedii revisionem, petiit Reverendus Dominus Commissarius a Patre Praeposito quatenus sibi ea produceret, quae ab obtenta possessione Praepositurae huius aucta, per Patrem Praepositum Loci, vel diminuta essent? quibus Pater Praepositus obediens annuit, et sequenti tenore omnia, et singula a se requisita produxit.

Atque imprimis

Circa Ecclesiam ab extra:

Tectum Ecclesiae in toto indiget reparatione.

Circa Ecclesiam ab intra.

Secundum Inventorium antiquum in Visitatione praeterita confectum omnia integre conservata. Accesserunt vero post visitationem novissimam haec, quae in singulari registro manu Patris Athanasii Basewicz Sacristae conscripta, et ad manus Domini Commissarii tradita, et coram Patribus hac die 20 Martii Anno ut supra immediate post decantatas Vesperas congregatis qui in Conventu resident, omnibus, et singulis clara voce lecta, et publicata per eundem Patrem qui ea conscripsit. Et quia hoc Registrum erat male dispositum; ideo Reverendus Dominus Commissarius ivit ad Ecclesiam revidere, et melius omnia disponere, reperitque

Altare Sancti Antonii Patavini opere sculptorio elaboratum nigro colore argentoque exornatum, et depictum ad partem aquilonarem penes altare Beatissimae ex opposito ambonae collocatum, superius imago Sancti Christophori depicta, in marginibus ligneis, parte deargentatis, pietate, et sumptu Magnifici Domini Andreae Markowicz erectum.

In Sacristia Ex metallo Vasa Sacra

1mo Calix argenteus intus deauratus cum patena argentea parte superiore deaurata, librarum duarum, alias grzywny, oblatus ex pietate Magnifici Domini Joannis Lochanski.
2do Ampullae stanneae cum patella stannea, par unum.
3tio Candelabra majora ex aurichalco, par unum. Omnia a praefato Magnifico Domino Joanne Lochanski.
4to Craticula ferrea pro portando igne ab Illustrissimo ac Magnifico Domino Felice Pac Succamerario M. D. Litt.
Vascula stannea tria pro oleis Sacris in uno vase.

Vota in Imagine Beatissimae Virginis quae accesserunt.

Gemmarum orientalium filadew, unum in pectore Beatissimae, alterum in pectore Domini Jesu, cum ligulis sericeis coloris aurei inducta, a Virginibus Deo sacris filiabus Illustrissimi Domini Succamerarii M. D. Litt. Caelibati oblata.

2do Nummus aureus ferme quatuor aureorum ab eodem Ano oblatus.
3tio. Vota argentea parva No. quatuor, ab iis de Virginibus Dedicatis.
4to. Reliquialia sericea filis bantagerinis exornata majora et minora No. Decem.
5to – Velum in ipsa imagine BMV sericeum album circumferentiis parvis bantagericiis circumductum.
6to. Virgula tota bantagericia ad vela imaginis BMV differenda.

In Altari Majori ad effigiem Crucifixi.

Accessit Votum argenteum parvum cum Nomine Mariae.

Apparamenta sacra.

1mo Casula coloris Viridis ex materia dicta Tabin, cum circumferentiis bantagerinis per columnas, circum circa circumferentiis sericeis alias frenzle Varii coloris, habens manipulum et stolam omnia circumducta materia dicta bagazya, coloris aurei; a Magnifica Dna Pretiwierzowa Dapifera Lidensi oblata.
2do Casula alba sericea Vulgo Adamaszkowa cum columna rubea sericea dicta atłas Turecki cum circumferentiis dictis gallony, et frenzle, sericeis diversi coloris, subducta Linteo rubro, habens Manipulum et stolam, jam semi attrita.
3tio Humeralia No. Tria. Alba Una Lintei tenuis simplicis, cum circumferentiis Linteis pulvinaribus infra, et ad manus. Minores Vero ad Latera circumferentiis.
4to. Cingulus Linteus Unus.
5to Mappae Lintea sine circumferentiis duae, cum circumferentiis duae Linteis simplicibus.

Pallae.

Una parva ex Linteo dicto Rąbek, plus quam cubiti Unius, habens flores sex sericeos diversi coloris, alias Subcorporale. 2da ex Linteo simili habens flores Septem Magnos fili serici diversi coloris, et in parte argenteis elaborata cubitorum trium in Longum, a MD Pretiwierzowa oblata, superior Vero oblata a dicta Virgine dicata, Nomine Budberkowna.

Vela Tria.

Unum album Linteum acu elaboratum cum circumferentiis Linteis; 2dum album ex materia dicta Adamaszek cum circumferentiis sericeis rubeis, et cruce in medio, subductum materia dicta bagazya coloris aurei. 3tium, ex Materia Semisericea coloris a fundo rubei floriatum filis albis cum circumferentiis bantagerinis subductum Materia dicta Bagazya, coloris cerulei.

Corporale Unum ex Linteo tenuissimo.

Purificatorium Unum

Bursa, ex Palaalbi coloris ex materia dicta Adamaszek, habens circumferentias sericeas coloris diversi cum cruce in medio Una.

Strofia ad altaria a Christi fidelibus oblata Lintei tenuis cum circumferentiis Linteis No. Quatuor.

Portatilia No. Tria, duo donata a Magnifica Dna Wichanska, majora, ex quibus Unum consecratum ab Illmo Dno Sieniewicki, Eppo Spigacensi Suffraganeo Samogitiae, 2dum consecratum ab Illmo Rmo Nicolao Zaluski, Eppo Gratianopolitano, Suffraganeo Vilnen. 3tium minus a Rndo Dno Szafkowski Oeconomo Per August Capituli Vilnen. oblatum consecratum ab Illmo Rmo Dno Casimiro Constantino Brzostowski Eppo Vilnen. Unum Vero ampliss. Imo et Fundatore.

Pulvinaria Altarium No. 3. Duo fundi albi cum floribus desuper diversi coloris, Materia dicta Sztamet. 3tium coloris Viridis habens flores Album desuper diversi coloris, ex filis Laneis Blandis.

Antependium novum ex materia dicta Esfiadamasquen habens columnas albas tres, rubeas duas, cum circumferentiis bes... sua sericis coloris diversi.

Tegumen Altaris coloris diversi ex materia dicta bagazya [illegible] ... albis simplici.

Missale novum unum cum [illegible] aurea [illegible] registris sericeis diversi coloris.

Ampullae [illegible] patena non inaurata, et [illegible] cum marginibus patenae deauratis.

Labrum decem millia pro murando fornice Ecclesiae [illegible] Suaamerario [illegible]

Campanula parva ad altare.

Campana una in Campanili Ecclesiae donata a quodam [illegible] Oppidaneo Swerecensi [illegible] nondum consecrata.

Materia serica, quae erat scripta ex Inventorio antiquo aliquot frustorum, jam usu attrita [illegible] in Vexilla Ecclesiastica sunt conversa.

Circa Monasterium

Ex iis quae in Inventorio praeterito conscripta et verificata omnia conservantur in toto sine correptione in aedificiis.

Accesserunt vero

Industria Adm. R(evere)ndi Josephi Sitarovicz Praepositi moderni hipocaustum penes culinam cum atrio fornaces cum fundamentis muratis ex latere cocto tam in refectorio; quam in Residentia Praepositurali, hospitali, ex opposito ejusdem Residentiae Praedii, et taberna, in quibus fornaces simili impensa instauratae. Fenestrae in Conventu et Praedio vitreae, tam plumbo, quam ligno impositae de novo extructae sunt, deinde vero omnes, prout opus erat, restauratae, ita ut nulla vitiosa reperiatur.

Inventorium Praedii dicti Orzwiec Ecclesiae et Conventus Swerecensis.

Aedificia, jumenta, et caetera omnia ad Praedium pertinentia prout in Inventorio Visitationis praeteritae conscripta, nunc vero revisa, in toto, et sine defectu conservantur. Accesserunt vero

Aedificia industria Adm. R(evere)ndi Praepositi moderni [illegible] Nova ex integro.

Jumenta supra specificati Praedii Orzwiec.

Vaccae lactiferae secundum Inventorium Visitationis praeteritae fuerunt No. 8. Nunc tantum ex illis reperiuntur 6 2dae sunt aliqua infectione extinctae.

Accesserunt gratia offerentium Benefactorum post Visitationem Vaccae N. 4.

Vaccae 3tium annorum No. 3. boves 3tium annorum No. 3.

Vaccae 2di anni No. 2. Vituli 2di anni No. 3.

Boves ad laborandum sufficientes. No. 5.

Vaccae anniculae 3. Vituli anniculi No. 2.

Duas Vaccas anniculas R(evere)ndus P. Praepositus donavit subditis pro conservatione eorundem.

Oves prout Adm. R(evere)ndus P. Praepositus, dum accessit post P. Raphaelem reperit No 18.

Ex iis pro Conventu mactatae No 7. Pro conservatione relictae No. 11.

Ex his et ex eleemosina oblatis erant Oves, uti A. R. P. Praepositus asseruit, N. 40.

Pro conservatione Oves foemellae hac die repertae sunt No. 12. Agni 2. Arietes 2.

Sues fœmellæ secundum Inventorium præteritum.

Apri erant 2. et pro necessitatibus Conventus mactati.

Sues aliquæ extinctæ sunt, aliæ à bestiis raptæ intra hoc tempus post visitationem.

Anno præterito 1694 sues in universum pro Conventu occisæ No. 7. Nunc Verò pro conservatione sues fœmellæ manent No. 4.

Sues unius anni 6. Aper unius anni No. 1.

Porcelli duorum Mensium No. 5.

Anseres ex Inventorio erant repertæ, per aliquot annos fuerunt steriles, ideoque post visitationem nullum fructum dederunt. No. 4. Omnes pro Conventu mactatæ.

Nunc Verò industria A. R. P. Præpositi auctæ erunt anseres fœmellæ No. 4. Anser masculus No. 1.
Masculi No. 2. pro Conventu mactati.

Gallinæ nunc reperiuntur No. 30. Galli. 3. Capones No. 9.

Gallinæ Indicæ No. 3. reperiuntur. Gallus indicus No. 1.

Galli Indici huius anni pro Conventu mactati sunt No. 4. Reliqui infectione, et à bestiis consumpti.

Anates in Inventorio præterito non erant. Nunc reperiuntur fœmellæ No. 3. masculus No. 1.

Cutes jumentorum pro necessitatibus Conventus simul et pelles Ovinæ cesserunt.

Penu carnibus suinis benedictione Dei, et industria A. R. P. Præpositi supra opinionem usque ad solatium plenum reperimus.

BRAXATORIUM

Habet omnia nova ex arbore quercu, industria Adm. R. P. Præpositi moderni comparata.
Lebes antiquus indiget funditus reparatione.

INVENTORIUM FRUMENTI

Post discessum Adm. Rndi. Patris Ratliewiz Anno 1693 Adm. R. P. Præpositus modernus reperit die 10 8bris veniens

Siliginis hyemalis, Sexagenas No. 40.
Ex his trituratæ sunt tonnæ - - No. 20. Ex quibus omnes pro Conventu, seminatæ Verò pro hyeme Tonnæ No. 14.

Halicastri Sexagen: No. 1. et Manip: No. 20. Ex his nihil reperit.

Hordei Sexagen. No. 9. Ex his trituratæ sunt Tonnæ No. 6. Pro seminatione relictæ Tonnæ No. 2. 1/2. Residuum pro usu monasterii.

Avenæ Sex: No. 20. Ex his trituratæ sunt Tonnæ No. 13. Totæ cesserunt in usum Monasterii. Pro semine Verò ex Eleemosina Strenæ acquisita.

Pisi trituratæ sunt Tonnæ No. 6. Ex his pro seminatione relictæ sunt No. 2. Tonnæ. Reliquæ pro usu monasterii conversæ.

Ocymi Sex: No. 30. Ex his trituratæ sunt Tonnæ No. 18. melioris grani, quod totum cessit pro usu Monasterii. Vilioris Verò Ocymi pro seminatione conservatæ Tonnæ No. 3.

Triticum Adm. R. P. Præpositus non invenit.

Annus 1694tus.

Ex seminatæ Siliginis tonnis No. 14. Sex: No. 82. Ex his trituratæ sunt pro semine Tonnæ No. 15. Pro usu Monasterii Tonnæ No. 25.

Tritici hyemalis studio acquisiti, Rndi. P. Præpositi seminata. 1/8.

Hordei

Hordeum. quis erant seminatae Tonnae No. 2. ½. Repertae Sexag. No. 30. Ex his trituratae Tonnae No. 13. pro seminatione No. 3. et reliquae pro usu Conventus.

Tritici empti seminati No. ¼. Inde sexag. No. 10. Trituratae Tonnae No. 4. Ex his pro seminatione No. ¼. Reliquum pro usu.

Ex Avenae seminatae Tonnis No. 7. Sexag. No. 40. Trituratae Tonnae No. 20. Totae pro usu Monasterii. Pro seminatione vero ex eleemosina relictae sunt Tonnae No. 20.

Pisum seminatum totum deperiit.

Ex Ocymi seminati Tonnis No. 2. Sexag. No. 15. Trituratae sunt Tonnae No. 5. Pro seminatione Tonnae relictae sunt 3. Pro usu Monasterii No. 2.

Lini Seminis acquisiti seminat. ⅛. Ipsum Linum inclementia aeris destructum, semen vero servatur pro seminatione.

Inventorium Agrorum Subditorum Granicierum, Jurium munimentorum, et Privilegiorum Eccles. et Conventus Swrecen.

Jura, et Privilegia Conventus Swrecen. omnia sunt in Archivo, quae Deo dante in futura Convocatione singulariter connotabuntur.

Subditi in Inventorio praeterito conscripti cum suis obligationibus

Super quatuor Subditos, jus donationis ab Illmo Dno Succamerario M.D.L.: obtinuit Adm. R. P. Praepositus modernus, Unus Subditus vero Conventus huius manet sub Capitulo Almo, quem Adm. R. P. Praepositus vindicare spospondit. Idem deposuit quatuor Subditos cum filiis tempore regiminis Adm. Rdi Patris Bathue: uviz exiisse, et sub Nobilibus huiusque habitare, eosque Vindicari debere.

Agri in granicieibus suis, in juribus continentur.

Granicies vero injuriatas Adm. Rdus Pater Praepositus dixit esse in multis, ut pote ab Illmo Succamerario per Subditos ejus, Dno Cochanski, Dno Cimbar, Dno Dubicki, Dnis Tewicewiczow, easque huiusque neglectas, nec Vindicatas, quas omnes et singulas, pro diligentia sua, et zelo boni Sacri Ordinis secundum posse suum vindicaturum promisit.

Actum In Conventu Swrecensi.

Anno ut supra die 22 Martii, Admodum Rdus Pater Commissarius in Praepositura et Conventu Swrecen. horis antemeridianis convocatis ad pulsum campanae Patribus et Fratribus dicti Conventus, absolutis solitis orationibus juxta praxim Religiosarum et tenorem Constitutionum Regularium Registra, et Metricas produci petiit, quae Admodum Rdus Pater Praepositus produxit et praesentavit, atque Registra ordinata, et Patrum manibus subscripta, Metricas vero per Antecedaneos Admodum Rdi Patris Praepositi moderni vitiose conscriptas vidit, et reperit. Quo peracto Omnes et singulos, ut sibi interrogati veritatem invicem dicerent, deniusque errores, defectus, et vitia quae sacrum dehonestarent, imo contaminarent Ordinem, omni postposito amore, timore, odio, precio, et quomodocunque nominato favore, seu respectu corporali obstrinxit juramento sub poena Excommunicationis, cujus sententiam in contravenientes, et sponte deliberate, ac studio non fatentes, sed subtrahentes et subticentes veritatem, forma et textu in Constitutionibus descripto de facto jecit, et promulgavit.

Et quia P. Secretarius Mtus, nempe P. Ferdinandus Bartoszewski ad praesens non est ob rationes supra memoratas, ideò ad scrutinia secreta propter meliorem securitatem, et bonum sacri Ord. ex structo sigillo connotanda visum mihi utiliq. sine arbitro procedere, praesertim cum munus istud emeritos, et probatissimae fidelitatis Viros exigat. Quare, ad connotandas Prum sentus praesentis depositiones, Ego [illegible] Concessus Rodkiewicz hujus sacri Ord. Commissarius Gnlis indignus solus, manu mea conscribendas ~~statui~~ praesentes casu absolui secundum sequentia

Interrogatoria

1. V. obligationibus perpetuis satisfiat? 2. V. Officium Divinum non sit aliquando intermissum? 3. V. In administratione Sacramentorum non sit commissa negligentia? 4. V. P. Praepositus impleat suum officium suum? 5. V. Obediant oes Praeposito suo? 6. V. vivant ab omnibus regulariter et sancte? 7. V. nesciat quid de aliquo Fre alterius sentus, quod esset scandalosum et inconveniens? 8. V. nesciat, qd P. Niżyński concitaverit Districtus contra Ordinem, literas ad Comitiola ante comicialia ambiendo Infulam prohibitam et a se resignatam in Caplo Gli Lowiciensi, plura verit? 9. V. non sit in usu ebrietas?

1 Atq. imprimis vocatus Fr. Athanasius Basewicz sacrista, post celebrationem missae immediate interrogatus ad 1mum, coram effigie crucifixi, R. obligationes absolui. ad 2. R. Divina nunquam intermitti. ad 3. R. in administratione Ss. omnem esse diligentiam. ad 4. R. utinam oes tales essent. ad 5. R. obedimus tamquam Patri. ad 6. R. mali nihil scio. ad 7. R. nescio similia. ad 8. R. Vbi rescivimus, qd P. Niżyński ad Comitiola recurrerit, dolenter risimus, amplius machinationes ejus ignoramus. ad 9. R. Deo adjuvante oes sobrii semper sumus, et nimis aliquando apud Ad. Praepositum nrum ab eo vocati reficimur, et tantum deposuit, cui impositum est silentium, manumq. suam apposuit. Fr Athanasius Basewicz Sacrista mp.

2. Fr Stanislaus Nargielewicz, vocatus, et interrogatus ad 1mum R. absolui semper. ad 2. R. nunquam intermisimus. ad 3. R. omnem esse diligentiam, quoties cunq. vocamur. ad 4. R. utinam tales ubiq. essent. ad 5. R. obedimus oes uti Patri. ad 6. R. nescio. ad 7. R. nescio. ad 8. R. Quando intimabam visitationem praesentem Conventui Lowiciensi, in regressu solito [illegible] equo mihi erat, ubi quidam Nobilis ex Comitiolis tunc pergens erat mecum in eadem austeria [illegible], qui haec mihi dixit ridendo et admirando: habuitne rationem vester P. Niżyński, qui tantas in Comitiolis praestabat contra Ordinem, qd sibi usum Infulae ademisset, et procedens ad gloriam Ordinum petiit instantias admirabiles, amplius nescio. ad 9. R. sobrii sumus. amplius nescit, et manum suam apposuit, cui impositum est silentium. Fr Stanislaus Nargielewicz mp.

3. P. Simon Kiełkowski Viceprepositus, vocatus et interrogatus ad 1mum [illegible] 2dum. et 3. R. semper absolui, in sura curarum omnem diligentiam esse. ad 4. R. impleti officium Praepositi. ad 5. R. obedimus, qui non obedierunt aliquando sunt admoniti. ad 6. R. nescio. ad 7. R. [illegible] accusavit coram me Drem Milokajewicz Capellanum suum, qd seminet dissensiones, et non sit compositus in affectibus iras. ad 8. R. nescit. ad 9. P. Basewicz indiget admonitione, et P. Nargielewicz. Amplius nescit, in cujus fidem manum suam apposuit cui impositum est silentium.

P. Simon Kiełkowski Vice Praepositus et Concionator Twereczen

4. Admdum Rndus P. Josephus Bilewicz Praepositus Twereczensis, vocatus et interrogatus, ad 1m 2. et 3m R. in omnibus his omnem curo habere diligentiam. ad 5. obediunt oes. ad 6. R. non repperit [illegible] contumelio. ad 7. R. quamvis aliqua a saecularibus contra aliquos ex nris audire me contin

git circa eorum

circa eorum mores, affirmare id non possum, quia nudas audio assertiones, et Deus scit quo animo sincere extra latas, et sine ullo documento. Interrogatus de quibus id audivet, et à quibus. R. contra Pem Ferdinandum audivi, quod locutus fuerit coram Pre Simone Decano Prastaviensi Parocho Nidlensi; à Nris audivi à Pre Trylna Praeposito Kimlensi, à Pre Kalkwicz, à Pre Neizynski, et aliis. à Pre Mizynski cum apud me in Praepositura esset, audivi contra Pem Mathiam Schelwybly haec dicta agat tantum quid contra me Pr Mathias, habeo ego contra ipsum. à Pre Woysiukiewicz male audivi de Patre Mathia Schelwybly, sed horum plane adeptum qualitatem. ad. 8. R. à multis Nobilibus audivi quod in Comitiolis remota fuerit insula Pris Niezynij. ad. 9. R. Paskiewicz indiget admonitione. Amplius nescit, in quorum fidem manum suam apposuit. Cui impositum est silentium.

Pr Josephus Pitonius Praepostus Twerecensis mp

Quibus ita auditis, et absolutis, gratias ago Dno Deo, quod reperiverim talem Locum in Tribulationibus meis, ubi nihil scandalum, inconvenientis, aut schisma emergebat, quiescit hic animus meus, et utinam tota sacra mater quiescat, et reflorescat Religio, Deus vero in omnibus et super omnia in sorte hoc ampliori studio pietatis, unanimitate et concordia in bono Fratrum, die ac nocte sit gloriosus et benedictus, et super exaltatus in saecula; detque omnibus nobis bene omnia incipere, continuare, et semper majestati suae perseveranter in custodia mandatorum ejus, in observantia Professionis nostrae cum fervore utriusque charitatis famulari. Fiat, fiat.

Ut autem satisfaciam muneri meo, laudo Pietatem, et notabilem emendationem Fratrum Conventus hujus, qui singulari vigilantia Admodum Rendi Patris Praepositi moderni, ut non tantum in bono studio non desistant, sed etiam ad meliora, et perfectiorem sanctitatem indies aspirent, districte praecipio. Jam vero, ut totum id facilius adipisci valeant. Studium seu meditationis injungo, cujus regulas, et indices aliquas dedi. Horam vero meditandi assignare debet Admodum Rendus Pr Praepositus loci, quo tempore altissimum servet silentium.

Pro majori instructione, eorumque fructuosa melius Doctrina Volo, et praecipio, quatenus Concionator Lithuanico Cathechizmum doceat Plebem, sermone brevi, claro, proloqui semper functionis, sed bene parare se debet, quia opus est altissimi Dei.

Pro Fratribus Romanis secundum solitam taxam, et Consistorio Romano in negotiis huius Ord., quod charitas erga Religionem et erga se suum subministrabit, [illegible] ad Convocationem Admodum Rendus Pr Praepositus loci.

De caetero, Devotionem Diurnam et Nocturnam, charitatem mutuam, studium virtutum, Dei super omnia Amorem, vitationem otii, et sobrietatem ~~diligentissime~~ omnibus et singulis, necnon observantiam Regulae et legum Ord., diligentissime recommendo, et quantum in Dno possum omnino praecipio, ut tandem excusso antiquo pulvere in vasa Dni munda, et viros perfectos evadamus.

Pr Paskiewicz pro crapula sua jejunabit. 6. quartas ferias in pane et aqua, et modo jacebit prostratus cruce, per psalmum Miserere. Et amplius caveat crapulari, sub poenis maioribus à Pre Praeposito sibi indispensabiliter infligendis, Nam sobrietas Religiosum decet, ebrietas vero multorum malorum mater, et exitialis viris Religiosis.

Post hæc, ad celebrandum Missæ Sacrificium processi, quo absoluto, convocatis ad Commune Refectorium Conventus Fratribus, exhortatus sum eos ad studium necessariæ perfectionis, amplexum pietatis, perseverantiam in bonis actibus, explicavi eis regulas meditationis, quas in scripto tradidi, Culpas audivi, pænitentiam communem, bis psalmos Pænitentiales pro peccatis Fratrum Provinciæ hujus, et ter officium Defunctorum integrum cum Vesperis pro Defunctis Fratribus et Benefactoribus absolute injunxi, Deinde absolutionem generalem dedi, sicque actis Deo immortali gratiis, præsentem Visitationem in Conventu Tworecensi feliciter finivi, Ego ipse Silvester Concessus Rodkiewicz Canonicus Regularis S. Mariæ Demetrii de Urbe de Late. D. S.: M.M. Commissarius Illis Domus Tworecensis manu propria.

Studium studium Cantus choralis strictissime præcipio, nihil enim turpius, quam Religiosos nescire psallere Deo suo.

Ordinatio Fratrum Conventus hujus si opportuna fuerit, pro meliori tempore aliud eligetur. Quæ, quia ita facta sunt, Patres Conventus hujus, in quorum oculis cuncta acta sunt, manus suas a me rogati apposuerunt. Metricas Novas comparare mandavi, quia illæ vitiose et informiter scriptæ sunt in multis locis.

Fr. Josephus Bitowicz Præpositus Tworecensis m.p.
Fr. Simon Kieniewski Viceprapositus et Concionator Tworecensis m.p.
Fr. Theodorus Dotmacki Notarius Rdmi Patris Commissarii m.p.
Fr. Stanislaus Margielewicz m.p.
Fr. Felix Martius M. p.
Fr. Athanasius Basewicz Sacrista m.p.

CONVENTUS MICHALISCENSIS

Actum in Conventu Michaliscensi

Anno ut supra 1695 die 6ta Aprilis Rndmus Commissarius suam declarat Jurisdictionem ad pulsum Campanæ convocatis ad Commune Refectorium Patribus et Fratribus Conventus, Præmissoque de more solito Hymno Veni Creator Spiritus et Oratione solita; per me Secretarium suum legi fecit Instrumentum Eminentissimi Principis Domini Clementissimi pro secunda Visitatione ac Facultatibus Latum; quo lecto habuit ad Fratres Conventus brevem sermonem de Vita Religiosa indies perficienda; eoque finito Visitationem Assistente a Deo Summo Bono secundum ordinarium suum processum necessario inchoans Itaque ad videndam Sacratissimam Synaxim descendit, ubi omne decenter esse dixit. Reverentiam cum adjuncta Mundicie et honestate reperit. Deinde Baptismalem fontem Oleaque Sacra vidit ubi Omne quod decet Mundicie adinvenit. Post hæc ad inventandam Ecclesiam processit. Deinde reversus ad refectorium solvit Sessionem.

Ecclesia ab Extra

Supra Inventarium Prioris Visitationis infra scripta sunt additamenta, cura Admodum Rndi Patris Cypriani Wozyna Præpositi Michaliscensis gratiis ac Illmorum Fundatorum.

Ecclēa eadē Noua de Muro, à parte aliqua calce dealbata. Imagines ab extra sex.
1ma S: Barbaræ Martyris. 2da: S: Josephi. 3tia S: Joannis Euangelistæ. 4ta S: Joannis
Baptistæ. 5ta S: Michaelis Archangeli. 6ta S: Annæ.
Desuper duæ Copulæ Laminâ ferreâ dealbatâ

Ecclesia ab Intra

Ab introitu ad Ecclesiam Capella ad Sinistram partem S: Josephi Sponsi B.ssimæ V: Mariæ
et Imago Eiusdem Sancti magnificentis formæ speciosæ Noua.
Ad hanc Capellæ Janua de asseribus. Altare ad dexteram in Ecclēa ex asseribus, inquo imago B.ssimæ V: Mariæ.
In ipsa Ecclēa pauimentum de lateribus coctis. Scamna in Ecclēa de asseribus quadratis
formæ similiter de asseribus quadratis, in quibus P.res et F.res solent absoluere officium Di-
uinum.

In Sacristia. hæc accesserunt.

Calix argenteus totus deauratus cum patena similiter deaurata.
Pixis argentea intus deaurata, cum operculo; cui desuper appositum Nomen Jesus in
radiis argenteis deauratis. Coronæ argenteæ duæ.
Ampullæ Stanneæ per partes deauratæ, cum patenula stannea similiter deaurata.
Campanulæ duæ, Vna in Copula, altera ad Sacristiam pendula.

Apparamenta.

Cappa coloris ex magnā Lama albi filis argenteis intexta: Circumferentias habens de filis aureis cum Stola.
Cappa Cerulei Coloris filis dictis Szych intexta, flores habens de filis aureis, Marginaria
de serico rubro filis argenteis elaborata; Circumferentia de filis aureis.
Cappa serica filis argenteis intexta, in qua flores magni imperfecte rubri Coloris permixti filis
aureis ~~Circumferentia~~ Marginaria huius Cappæ, de holoserico purpureo. Circumferentia de serico flaueo.
Dalmaticarum Par Vnum Coloris Cerulei filis argenteis intextum habens flores aureos. Partes
notabiles earum Dalmaticarum de serico rubro habentes flores argenteos, Circumferentias dalmaticarum
de filis argenteis ex parte filis aureis permixtæ. Subductæ serico flaueo. Stola una ad has
Dalmaticas et Manip. 1.
Insuper Stolæ duæ Cerulei Coloris filis dictis Szyce intextæ habentes flosculos paruos de filis
aureis. Materiæ Ceruleæ filis argenteis intextæ habentis flores de filis aureis frusta
duo, quorum vnum in toto suæ latitudinis, longitudinis duorum cubitorum; aliud frustum ut est me-
dietas latitudinis maioris, longitudinis cubiti Vnius.
Materiæ rubræ holosericeæ frustula duo, ex quibus possunt fieri Bursæ.
Bursa Viridis Coloris habens in medio Nomen Jesus de filis argenteis; circumferentias similiter
de filis argenteis. Bursa alia viridis serica simplex habens Crucem de serico rubro.
Bursa rubra sericea simplex. Bursa nigra in cuius medio in radiis de filis argenteis cum
elaboratis Nomen Jesus similiter filis argenteis elaboratum.

Pala Una alba de serico in qua flores, circumferentia et crux in medio de serico viridi
Pala 2da de serico rubro habens circumferentias de argento in filum extracto crux de filis
dictis Bantaler.
Pala 3tia Holoserica viridis habens circumferentias et cruce de filis argenteis.
Pala 4ta serica viridis simplex   Pala 5ta de serico nigro circumferentias et
crux de filis argenteis.

Corporalia accesserunt duo.
Humeralia per hospites Monachos duo Unum viride aliud nigrum Unum viride filis
argenteis elaboratum habens S: Franciscus et circumferentia de filis argenteis. Nigrum cum
Holoserico habet cruce et circumferentias de serico mixto.
Humerale de Carbaso accessit Unum.   Tobaleola parvula habens flores de filis sericeis

Vexilla duo coloris viridis mali simplicia in quorum uno Imago ex Una parte B.
V. Mariae Immaculatae conceptae ex altera parte Imago S: Nicolai. in secundo Imago
ex Una parte Beati Michaelis Giedroyc ex alia parte Imago S: Annae.
Candelabra de aurichalco. No 4.   Missale Unum.
Lustra vitrea varii coloris — — No 29

Inventorium Monasterii

Monasterium idem cum dicta sua supellectili conservatum prout in Inventorio praeteritae visitationis, accessit culina lignea cura A. R. Dni Praepositi Moderni

Inventorium Praedii Zabinie.

In hoc Praedio aedificia omnia eadem, alia reparata, alia Indigent reparatione

Inventorium Jumentorum

Vaccae iam fructificantes et quae possunt hoc Anno fructificare — No 12.
Boves ab antiquo ad aratrum apti — — — No 2
Boves ad aratrum apti Juniores — — — — No 3.
Trium annorum Vituli — No 4   Trium annorum femella Una Vitula.
Duorum annorum Vitulae — No 2.   Duorum annorum Vitula Una.
Vitulae huius anni — No 3   Vituli huius anni — 2.
Equa antiqua 1. Equi No — — — 2. qui in praeterito connotati
etiam Inventorio
Oves senes — No 12   Agnus 1. Oves huius anni 12
Sues annicula No — — 3   propter Multiplicationem plures curandae.
Galinae — No 16   Galus — 1.
Galli Indici Mares No 2   Galinae Indicae No 3.
Anseres mares — No 2   Anseres foeminae No 3
Anas masculus — No 1   Anates foemellae No 4. 8

Inventorium Frumenti Praedy Zabucie Anno 1693

Siliginis ex semine tonn. 15 1/2 sexagenas — tto — 100
Ex tercio Manipulo — — — sexagenas — tto 21
Trituratae siliginis tonnas tto minime. so —33 ex his seminatas tonnas — tto — anno 1694 — 25
Expensum reliquum
Avenae ex semine tonn. — 11 sexagenas — — tto 30
Trituratae avenae tonn. — — 6
Hordei ex semine tonn. — 4 1/4 sexagenas — tto — 24
Trituratae hordei tonnas — —. 5
Ocymi ex semine tonn. — — 5 sexagenas — —. tto 15
Triturati Ocymi tonn. — tto 4
Pisorum ex semine tonn. tto 1 1/4
Trituratae tonn. — — 2.
Siliginis vernae ex semine tonn. — —1 1/2 sexagenas — tto — 4
Trituratae tonnae — — 2.

{ Causa tam exiguae triturationis { Sterilitas anni et defectus laboratorum }

Inventorium Frumenti Praedy Zabucie in Anno 1694

Siliginis ex semine tonn. — 25 sexagenas — — tto 100
Nondum adhuc tota siligo triturata
Trituratae tonnae 50
Seminatas autem tonn. — anno 1695 — 15
Hordei ex semine tonn. — — 5 sexagenas — tto — 80
Trituratae tonnas — tto 13
Avenae ex semine tonn. — — 7 sexagenas — tto — 30
Trituratae tonnas tto 11
Ocymi ex semine tonn. — — 4 sexagenas — tto — 35
Triturati ocymi tonn. tto — 7
Pisorum ex semine tonn. — — 2
Trituratorum Pisorum tonn. 1 3/4
Siliginis vernae ex semine tonn. — — 1 sexag. — tto — 2
Trituratae silig. tonn. 1.

{ Propter defectum laboratorum hoc damnum in trituratura } Ita asserit A. R. Praepositus loci

Inventorium Praedy Zudsieniki Anni 1693

Aedificia eadem, Omnia et singula quae in praeterito Inventorio, karczmy nie stało, y młynu, młyn zgorzał karczma dawno zgniła.
Iumenta ibi nulla. Frumenta autem haec
Siliginis ex semine tonn. — — 7 sexagenas — tto 40
Trituratae siliginis tonn. tto 22 ex his seminatas tonn. — tto — anno 1694 — 10
Reliquum expensum ut in registris habet
Hordei ex semine tonn. — — — 1 1/2 sexagenas — tto — 20
Triturati hordei tonn. tto 5 1/2.
Avenae ex semine tonn. — tto — 6 sexagenas — tto 19
Trituratae avenae tonn. tto 14

Ocymi ex sem. — tonn. — — 3 Sexagenæ — No — 14
Triturati ocymi tonn. — 3 1/2
Tritici ex sem. — tonn. — — — 1/2 Sexag. No — 1
Triturati tritici ton. — 1/2
Pisorum ex semine tonn. — — 1 1/4
Trituratorum pisorum ton. — 1 1/4
Siliginis Vernæ ex semine ton. — — 1 1/4 Sexagenæ No — 3
Trituratæ siliginis tonn. 1 —

Inventorium Frumenti Prædy Dudziemili Anni 1694

Siliginis ex semine — tonn. — 10 Sexagenæ No — 40
Trituratæ siliginis tonn. 13 ex his seminatæ tonnæ — p. ão 1695 9
Hordei ex semine — tonn. — 2 1/2 Sexagenæ No — 17
Triturati hordei tonn. 5 3/4
Avenæ ex semine — tonn. — — 11 Sexagenæ No — 55
Trituratæ avenæ tonn. 30
Ocymi ex semine — tonn. — — 3 Sexagenæ No — 25
Triturati ocymi tonn. — 9
Pisorum ex semine tonn. — — — 1
Trituratorum pisorum tonn. 1 1/2
Siliginis Vernæ ex semine tonn. — 1 1/2 Sexagenæ No — 6
Trituratæ huius silig. tonn. 2 1/2

Inventorium Prædy Buiwidze.

Domus Noviter ædificata Cura Adm. Rndi Dni Cypriani Woyna Præpositi Michaliscen
Stabula pro Pecoribus reædificata.

Inventorium Iumentorum

Vaccæ fructificantes — —	No 11
Trium annorum Vacca — —	No 1
Anniculæ Vitulæ — —	No 3
Anniculi Vituli — — —	No 2
Vitulæ huius anni — —	No 5
Vituli huius anni — —	No 2
Oves senes — — —	No 32
Agnus — — —	No 1
Arietes — — —	No 3
Oves Iuvenes in Universum —	No 38
Sues in Universum — —	No 16

Omnes indigent mutatione eo quod deficiant

Anseres femellæ — —	No 9
Masculus — —	No 1

Gallinæ Indicæ	No 2.
Gallus Indicus —	No 1
Anates femellæ —	No 5
Masculus —	No 1
Gallinæ Simplices	No 18
Gallus — — —	1

Inventorium Frumentorum Praedy Buwidse Anni 1693

Siliginis ex semine tonn: — — No 20 Sexagenae — No 70
Trituratae siliginis tonn: No 20 et hl. Seminatae — — tonnae anno 1694 — 20
Reliquum anni siliginis expensum
Hordei ex semine — tonn: No 2 1/2 Sexagenae No 14
Triturati Hordei tonn: 4 1/4
Avenae ex semine tonn: — — No 3 Sexagenae No 8
Trituratae avenae tonn: No 3 1/4
Ocymi ex semine — tonn: No 4 Sexagenae No 15
Triturati ocymi tonn: 4 1/8
Pisorum ex semine ton — — — 3/4
Trituratorum pisorum tonn: 1 1/4
Siliginis Vernae ex seminae — tonn: — 1/2 Sexagenae — No — 7
Trituratae siliginis tonn: 3

Inventorium Frumentorum Praedy Buwidse Anni 1694

Siliginis hyemalis ex semine tonn: 20 Sexagenae — No 90
Adhoc tempus nondum tota siligo triturata, Seminatum de siligine pro anno 1695 tonn: 20
Hordei ex semine — tonn: 2 1/2 Sexagenae — No 16
Triturati hordei tonn: No 9
Avenae ex semine tonn: — — — 3 1/2 Sexagenae No — 7
Trituratae avenae tonn: No 2 1/2
Ocymi ex semine tonnae — — 1 1/2 Sexagenae No 25
Triturati Ocymi tonn: 11
Pisorum ex semine tonn: — — 1
Trituratorum pisorum tonn:
Siliginis Vernae seminatae tonn: — — 3 Sexagenae No 15
Trituratae siliginis Ver: tonn:

Anno ut supra die 8 Aprilis Rndmus Commissarius horis pomeridianis ad pulsum campanae convocatis ad communem Aulam Patribus Conventus instituit Sessionem in qua per me Notarium suum fecit legi Inventarium, quod lectum in universo, quo audito Rndmus habuit ad Patres Sermonem spiritualem in quo hortatus est Omnes et singulos ut nullos ambiant illi honores, sed potius ut curent Omnem perfectionem vitae Religiosae. Deinde dedit instructionem Meditationum quam iam Patribus Conventus connotandam obtulit. Metricarum et Regestrorum productionem ac secreta scrutinia in crastinum distulit, Mandavitque in virtute Sanctae obedientiae et sub poenis rigorosissimis omnibus ut abstinerent a potu cremati et sic solvit Sessionem.

Anno ut supra die 9 Aprilis Rndmus Commissarius horis pomeridianis ad pulsum campanae convocatis ad commune Refectorium Patribus Conventus Emissis de solito mod

Omittendis Instituit sessionem; petiit sibi indulgeri qd n̄ instituerit eam horis matutinis ideo ob eam ratnem qd deberit correspondere Illmorum fundatorum gratys, et Missa celebranda ad Altare descendere; Deinde loco spiritualis Sermonis Mandavit legi Vitam Sctae Eufrosynae V.. Fructus postea eius lectionis Rndmus exposuit, quorum usum Omnibus et singulis Commendavit.

Atum R. P. Praepositus loci ad requisitionem Rndmi Regista proventuum et expensarum produxit. Quibus visis ac lectis Rndmus Commissarius dum ad Secreta Scrutinia voluit procedere Hortatus est in Dno quatenus postposito Omni fuco amoris, precij, odij, et timoris, veritatem omnem deponerent et super hys dem fulmen Excommunicationis in Constis Ords. Conscriptum in omnes et singulos iacit idq superaddidit qd n̄ habeat Intentionem etiam in absolutione ultima eos qui veritatem celaverit ab Excommunicatione hac absolvere, nec cuique dare a se hanc facultatem declaravit Quibus ita declaratis ad Scrutinium Secretum perrexit secundum sequentia

Interrogatoria

1mum Utrum Obligationibus perpetuis Ecclesiae huius satisfiat?
2dum V: In administratione Curae animarum n̄ sit aliqs neglectus?
3tium V: Divinum officium n̄ sit aliquando negligentia culpabili intermissum?
4tum V: Compotationes et ebrietates n̄ exerceantur?
5tum V: Aliquis n̄ deficiat in Vita Religiosa professa?
6tum V: Subditi Pres Praeposito suo obediant, eumque revereantur?
7mum V: Praepositus officio suo satisfaciat secundum Constitutiones?
8uum V: Sciant adhuc aliquid aliud contra se et contra alios?
9num V: Sciant qd Pr Wzymund Commoveat Semper contra Illmum Locordinarium et contra Scum Ordem. Atque Inprimis

1mus Vocatus Pr Mathaeus Budowicz Presbyter hac die Celebravit ac Interrogatus ad 1mum Rndit affirmative satisfieri. ad 2dum rndit impleri omnem curam et diligentiam etiam de media Nocte Vocatis. ad 3tium Rt nunquam officium Divinum intermissum. ad 4tum Rndit compotationes enormes n̄ fieri, quando autem acquirit aliqs consolationem tum recreatione aliquando reficimur, salvo tamen silentio, ad 5tum Rndit Religiose ab omnibus Vivi Instituti ad 6tum Rt Ab omnibus reverentiam exhiberi, qd autem factum in absentia Rndmi hoc esse punitum. ad 7mum Rndit in Victu contenti sumus, tantummodo indusia a duabus annis n̄ accepimus. ad 8uum rndit Nescit. ad 9num rndit Vidi Copiam literarum apud Prem Concionatorem qua Rndum Liechnyczum ~~[illegible]~~ Instantiam pro restitutione Insulae demens et tantum deposuit cui impositum silentium et manum suam apposuit. Pr Matthaeus Budowicz Sacrista Michaliscensis mpa

2dus Vocatus Pr Cyriacus Lorkowicz Presbyter hac die Celebravit et Interrogatus ad 1mum rndit semper impleri obligationes. ad 2dum rndit semper curam omnem haberi, hodie autem fuit Pr Franciscus apud quendam aegrotum qui tantum signa dedit contritionis, et hanc ipse non communicavit. ad 3tium rndit semper impleri officium Divinum. Matutinas autem non semper Media Nocte solemus esse. ad 4tum. rndit posse contingi aliqua crapula offertorii in aula vel apud Illmos Fundatores. ad 5tum rndit Nihil esse contra Vitam Religiosam. ad 6tum rndit semper obedientiam et reverentiam praestari. ad 7mum rndit sicut Deus dat habemus quando aliquando non sufficit pasientia necessaria. ad 8uum rndit Nescio quidquam. ad 9num Rndit Nescio. et tantum deposuit cui impositum silentium Manum suam apposuit. Pr. Gregorius [illegible]

3tius Vocatus Pr Franciscus Puzewicz Presbyter hac die celebravit Interrogatus ad 1mum rndit semper impleri obligationes. ad 2um rndit omnem curam haberi, ad aliud dedit quia quando primum vocamur statim adsumus. Interrogatus quare hodie non communicavit infirmum Rndit quia iam fuit debilis et sero data notitia. ad 3tium Rndit semper officium pagi. ad 4tum rndit Nullam fieri ebrietatem crapula autem potuit contingi pro quam iam puniti. ad 5tum rndit non reperiri illos irreligiositatem. ad 6tum rndit Nullas haberi rebelliones sed omnem praestari obedientiam et reverentiam. ad 7mum rndit haberi sufficientiam in Victu, potus autem non semper bonum haberi. ~~ad~~ de necessarijs congnestus est quod sibi non sint data. ad 8uum rndit nihil mali audire et scire. ad 9num rndit nescio et tantum deposuit cui impositum silentium Manumque suam apposuit. Pr Franciscus Puzewicz mp

4tus Pr Michael Mazurkowicz Presbyter hac die celebravit. Interrogatus ad 1mum Rndit propter obsequium aulae Illmi Fundatoris non semper adesse contari perfecte de his nescio. ~~[illegible]~~ apposuit etiam hoc quod petierunt Illmi Fundatores ut in Capella qualibet feria 4ta Missa haberetur quae aestivo tempore habebatur, modo autem cessavit ab aliquot hebdomadis.

Super ea re censuit Rndmus Commissarius Interrogandum Prem Praepositum.

ad 2dum rndit haberi omnem curam in administratione Sacramentorum cuius scientiam dedit non audivi de negligentia. ad 3tium rndit semedia Nocte non haberi Matutinas, horas autem Canonicas et Vesperas semper absolvi cuius scientiam dedit, quia etiam ipse semper id implebat quando data occasione aderat. ad 4tum rndit quando ~~aliquando~~ venerat ad Conventum invenerat aliquando ebrios aliquando sobrios. ad 5tum rndit Nihil irreligiosi reperiri. ~~[illegible]~~ adiecitque hic in festo S. Josephi non haberi concionem ex occasione absentiae Patris Concionatoris. ad 6tum Rndit non audivi de aliquo contemptu. ad 7mum rndit quando in hac Communitate non sum affirmare et negare non valeo, caeterum de Vita Patris Praepositi Nihil Mali scio. ad 8uum Ex antiquo fundatam Confraternitatem quod violaverit Pr Jozefowicz eum inculpavit tum in eo quod tabellam a fratribus Confraternitatis fundatam ad colligendam pro necessarijs confraternitatis pecuniam sine clavi aperiri sibi curavit, et pecuniam ablatam egit tum etiam primo ante fundationem Jesus tabulam confraternitati nec suscipitum dari permiserit, nec candelas accendi idque Dominica 1ma Quadragesimae factum. Cuius eam omnes complices fuisse dixit accusando eos quod clamaverint si hanc confraternitatem innovat ipse et concionet et alia peragat. ad 9num Rndit Nescio. et tantum deposuit cui impositum silentium Manumque suam huic depositioni apposuit. Pr Michael Mazurkowicz mp Sacellanus Illmorum Fundatorum.

5tus. Pr Michael Jozefowicz Concionator hac die celebravit Interrogatus ad 1mum Rndit impleri obligationes semper ad 2dum rndit Omnem curam haberi. ad 3tium rndit semper absolvi Divinum Officium. ad 4tum Rndit non esse compotationes enormes, si quae potuerant inveniri iam punitas. ad 5tum rndit erant aliqui inobedientes et rebelles mihi quando fui.

in loco Superioris relictus, cum autem advenerit Rdus Praepositus iam sunt puniti. incusavit Patrem Sacellanum quod deferat Illmis Fundatoribus errores nostros, qui ab A. R. Patre Suo Dna protunc Praesidente punitus. ad 6tum Rndit omnem praestari Superiori obedientiam et reverentiam. ad 7mum rndit In cibo habet sufficientiam in potu autem Nulla suf- NB ficientia. ad 8uum rndit Nullam in alys contibus actorum habere Notitiam, et nihil [illegible] enormi haberi. ad 9num rndit Habui mihi porrecta puncta à Mgco Dno Borzewski Equite loricato Vexilli Illmi Dni Castellani Vitepscensis Dni Hoard, in quibus haec erant contenta quod supplicabant Mgci Dni Giedroycij quod denique fuerit recepta Insula moderno Praeposito Videmiensi idque ex subordinatione Illmi et Rndmi Episcopi Vilnensis moderni ut supplicarent terrarum Nuncij pro restitutione eiusdem, et tantum deposuit sub imposito silentio et his manum suam apposuit. Fr Michaël Jozefowicz C. M. mp.

6tus Fr Joannes Sor Vice Praepositus Michalisiensis Vocatus et Interrogatus ad 1mum rndit. Impleri obligationes ad 2dum rndit omnem curam adhiberi tam ad extraneos in administrandis Sacramentis. ad 3tium rndit Praesente me non sunt intermissae [illegible] plus nescio, et dum alunde Vilnensis interrogavi advenieri semper absolutum divinum officium. ad 4tum rndit si qui excedebant ebrietatibus iam sunt puniti à Patre Praeposito. ad 5tum rndit numquam fuisse ullum excessum contra vitam religiosam. ad 6tum rndit si qui excedebant puniti sunt. ad 7mum rndit. cibum acceptandum potum incusando. ad 8uum rndit Nescio ad 9num rndit nescio et tantum deposuit sub imposito silentio manuque sua huic depositioni apposuit. Joannes Sor Vi Pra Mi

7mus Adm Rndus Cyprianus Woyna Praepositus Michalisiensis Vocatus et Interrogatus ad 1mum rndit. Semper satis fit obligationibus. ad 2dum rndit Nullam habere negligentiam sed omnem curam adhiberi. ad 3tium rndit non esse intermissum ad 4tum rndit fuerunt aliquando compotationes sed iam punitae. ad 5tum rndit Incusando Patrem Concionatorem quod expostulata facultate ad aliquot dies Vilnam discendit deinde alio divertit et moratus ad quasi hebdomadis, quem ad instancias Illmi Fundatoris non punivi: sed tamen vindicando eius huiusque reposui. ad 6tum rndit praestari sibi obedientiam in parvo autem potuerant aliquando recalcitrare. ad 7mum non Interrogatus. ad 8uum Nescit ad 9num rndit suspicari possum recolligendo me ad antiquas illius sigillorum maiorum fictionibus, sed quia remotum à partibus illius demonstrative nihil valeo deponere. ad 10mum Quoniam Rndmus ab Ordinario Commissarius audiunt in privatis allocutionibus quod habuerit Pr Wyzynski dimissoriales ab Ordine, nunc de eodem Interrogavit Patrem Praepositum qui idem confirmavit quod habeat an ne, Post Capitulum Annum Cracoviensis lavatorium in Cella sua Pr Wyzynski Consensientias dedit me moveri fecit, indeque Pargamenum assumpsit in quo vidi et legi concessum Ipsi ex Ordine Sacro discessum. Interrogatus quo ille discessus concessus erat, an ad aliquos religiosos an autem ad Seculares? Rndit non recordor. et tantum deposuit sub Imposito silentio manuque sua depositioni apposuit. Pr Cyprianus Woyna Prae Michalisiensis mp.

Facta hac Inquisitione Vocatis omnibus Fribus Interrogavit Rndmus Commissarius P. Praepositum quare n̄ det Cerevisia bona Fribus? Rndit P. Praepositus ante fuerat bona Cerevisia. Modo aliquot vicibus Mala ob defectum boni Braxatoris, propter attendentiam huius petit sibi dari Procuratorem

Interrogatus P. Praepositus de Confraternitate S. Annae? Rndit Nescio de hac Confraternitate scio tamen quod se inscripserit Illma Fundatrix. Interrogatus an exstat aliquod Privilegium pro hac Confraternitate? Rndit n̄ exstare. Interrogatus quare n̄ exstat? Rndit quia cum Ecclesia omnia sunt igne consumpta Privilegia. Interrogatus quis excitaverit hanc Confraternitatem cum solennitatibus suis? Rndit primo anno Praepositurae meae venit Illmus Dnus Fundator cum hac processione ex aula. Interrogatus an facerent disciplinas praeteritis annis Dominicis Quadragesimae praeter hunc annum? Rndit faciebant praesente me. Interrogatus an fuerit aliqua electio Superiorum Confraternitatis huius in festo S. Annae? Rndit n̄ fuisse ullas electiones. Interrogatus an absolvant menstruas Confraternitatis? Rndit absolvi. Interrogatus an absolvant festa Confraternitatis et menstruas cum expositione? Rndit n̄ absolvunt. Interrogatus an essent aliae Indulgentiae secundum Privilegia Confraternitatis S. Annae in usu exercitae? Rndit nullas esse exercitas neque de illis scire. Interrogatus an est aliqua fundatio huius Confraternitatis? Rndit nullam esse. Interrogatus an est aliquod altare huius Confraternitatis in hac Ecclesia ab Illmis Fundatoribus assignatum et determinatum huic Confraternitati assignatum? Rndit n̄ esse. Interrogatus an ab Illmis Fundatoribus P. Praepositus requisitus ut pro modulo suo devotionem huius Confraternitatis promoveat? Rndit esse n̄ ~~requisitus~~. Interrogatus an constituerit aliquos Promotores novellos Confraternitatis? Rndit nullos se constituisse.

Interrogatus P. Concionator quomodo ausus fuerit violare tabellam Confraternitatis et pecunias de illa ad usum suum accipere? Rndit mihi fuerat hoc concessum.

Interrogati Omnes utrum remurmuraverint contra hanc Confraternitatem? Rnderunt tantum se dixisse, haec, nescimus unde haec devotio venerit, quia nō ~~habemus~~ sibi hoc Commissum a P. Praeposito. Interrogatus P. Praepositus an commendaverit haec Fribus? Rndit n̄ se commendasse.

Quibus Rndmus Commissarius ita auditis Probatis ac deductis et apud se Mature deliberatis atque discussis sequentia tulit

Decreta

Imo Circa Ecclesiam ab Extra et Intra

Gratias ago Dnd Deo meo Omnium gratiarum et Beneficiorum Almo fonti quod super Nos lumen Vultus sui Clementissimum Illuminaverit Inclinando ad Nos Illmos Fundatores et Benefactores nros, quibus ut ipse sit retributor et merces magna nimis Illmi eius exoro Maiestatem, ut omnes Fres Conventus huius, pro eorundem Incolumitate et felicissimo Successu die noctuque exorent obligo atque praecipio, eorum gratitudinem omni possibili et religioso Modo Inter obsequia sua religiosa capiant et augeant et eisdem Divinam Maiestatem semper exorent. Ex quibus hoc lucri habent ut beneficiis eorum Deo suo militare et vitam aeternam consequi commode possint.

Circa Officium Diuinum.

Horæ Vesperæ et Matutinum in communi tam de Hyeme quam æstate absoluantur quantum fieri potest. Diebus solennioribus prima tertia, et vesperæ decantentur si opportunitas permiserit.

Circa Libros Chori

Supplicamus Illmis Fundatoribus nostris humillime quatenus in Domo Dei pro se erecta dent etiam Formas eius Diuinæ Maiestati diu noctuque psallendi, quia sine his pupilli sumus, et tantam Magnificentiam Gloriæ Diuinæ repræsentare non valemus.

Circa Libros Ecclesiæ.

Metricæ tam Copulatorum quam Baptisatorum funditus de nouo comparentur tum etiam liber Mortuorum et Confraternitatis, quia præsentes perducti multi lacerati maculati et potius puerili lusu quam seria attentione conscripti.

Circa Orationem Mentalem

Studium piæ Meditationis a me huic Conuentui porrectum et dictatum, sine ulla intermissione obseruent, Horam et spacium temporis pro eo necessarium prudentiæ et Conscientiæ Dni Præpositi committimus.

Circa Obligationes Missarum.

Absoluent PP. huius Conuentus trecentas Missas Ecclesiæ Bogoniensis, suas vero perpetuas obligationes nunquam intermittant.

Circa Oeconomiam

P. Procurator huic Conuentui ex conuocatione prouidebit. Itaque opus oeconomicum quam diligentissime administret conscientiæ Dni Præpositi committo, quatenus ita hoc opus administret quatenus Deo in tremendo Iudicio et ordini sacro coram sua Authoritate respondere possit. Curet autem tunc per se siue per alium tunc adesse Prædijs, quando hoc maxime tempus poposcerit, quale est seminationis utriusque messis et primæ triturationis.

Circa Victum et necessaria

Curæ sit A. R. Dni Præpositi loci quomodo cereuisia melior paretur, quam uti nunc est non frumenti sed attentione plus indiget. Necessaria vero uti seruitio et Fratribus suis pro modulo suo omnino prouideat, quibus Deus dederit modis. Consoletur vero eos quibus consolatio in usum cedit non scandalum.

Circa Ædificia Monasterij

Perficiat quantum potest ædificium nouum quod misere collabitur, et culina præsens in alium locum moueatur.

Circa Confraternitatis Regimen.

Patres qui aliquantum recenti deuotioni remurmurabant, quia hæc a Dno Præposito in congregatione non fuit promulgata, neque eidem Dno Præposito instancia aliqua nota, et quia murmur eorum non erat scandalosum, ideo liberi a culpa pronunciantur. P. vero Michael Mazurkowicz quia eam deuotionem sine notitia Dni Præpositi et licentia [illegible] propriis, et plus iusto audentius Vestitus reus est. Ideoq pœnis arbitrarijs subjacet. Ut vero Zelus Illmorum Fundatorum ulterius exaltetur, Cupimus A. R. P. Vic. Prolis quatenus Illmos Dnos circa necessaria Confraternitatis hujus humillime expetat, et ea quae necessaria sunt officia disponet et ordinet. Cistam Confraternitatis Mendicantium in sacristia occlusam habeat, neq eam ullo modo aperiat nisi in praesentia eorum, qui emendicant, idq semel in anno, pro quo habeat Cistulam fixam occlusam praeter illam quae portatilis est. Pris Dozefowicz culpa quod Cistam recentis [illegible] fregerit ad ulteriorem notitiam reponitur.

Circa Mores et Vitam Fratrum

Contestor per Deum omnes et singulos hujus Conventus Fres quatenus ebrietatem scandalosam et nocivam utriq saluti deserant, pijs meditationi et sacrorum librorum lectioni insistant, Deum super omnia et se invicem diligant. In vestitu et quocunq habitu nihil saeculare aut vetitum sibi comparent aut portent. In moribus pacati, furibundi aut negligentes non sint, sed induant virum constantem. Denique toto se in melius emendent. Inferiores superiori suo obediant, et in tempore praefixo redeant, Superior vero Fratres suos erudiat consolet et paterne foveat. Discolos vero et inobedientes secundum Leges Ords animadvertat. Capellanus Illmi [illegible] durante officio suo ille fuerit R. P. Vic. Prlis Loci subjectus erit. Diffamantes autem Fres suos coram extraneis sine causa ipso facto excommunicamus, et poenis gravioris culpae promeritae subjicimus si hoc semel fecerit, quod si saepius facere praesumpserint significet Nobis, aut Prlis Successori nostro.

Circa culpas Fratrum.

Pri Dozefowicz quia semel a Rdo Vic. Prli missus non in tempore rediit, neq de urgentia sua viam eandem per literas significavit, notabilis inobediens reus est. Pro qua faciet privatas disciplinas 3 in [illegible]. et nunc faciet extensis manibus per Lit. de Confundis extensis manibus eundem serio monemus, quatenus ubicunq locorum fuerit, se a temulantibus, vetitis saltationibus, fictionibus, turbulentijs, dispersionibus et alijs animi mobilitatibus serio abstineat.

Pro culpa Pris Vic. pli et aliorum Fratrum hujus Conventus assignamus tribus vicibus Psalmos eademq officij Defunctorum integra in communi absolvere.

Ordinationem Patrum faciemus in Convocatione. Nunc vero eosdem omnes et singulos Deo omnipotenti, Bmae Matri Dei Patronis hujus tutelaribus, Sto Angelo Custodi devotissime commendamus. Nos per eorum pijs orationibus et negotia sacri Ords sincere committimus. Pro tribus Romanis secundum taxam antiquam et pro Consistorio Romano secundum [illegible] solvet ad Convocationem una cum Adm R. P. Priore Loci. 4

Pro Celsissimo Illmo et Rmo Dno Constantino Brzostowski Episcopo Viln. Fundatore et conservatore nostro Amplissimo qualibet septimana feria quarta Jejunabunt, Disciplinas facient, Orantes Divinam Clementiam ut

Cum Nobis uti Pastore Bonum longaevum conservet, morbis adimet, et Universam Remp: nram in pace optata constituat. Atq in hoc, Praesentis Visitationis Actum Conventus Michalischki feliciter finivimus. Amen.

Et Cum Omnes post hoc ad Commune Aulam fuerint vocati Rndmus Commissarius promulgari fecit lata per se Decreta. Et post eorum promulgationem A.R.P. Cyprianus Dwispa Rector istius loci coram Rndmo suam confessus est culpam. R.P. Joannes Kot Vice praeses Conventualium Orum culpam suam dixit. Deinde post confessionem Generalem Rndmus Commissarius impertitus est generalem absolutionem. Mandavitq Omnibus et singulis quatenus etiam minimum Decretorum a se latorum non audeant sub poenis contra Refragos et refractarios extendendis omittendo et committendo transgredi punctum.

Regista Producta tam expensarum quam proventuum vidit legit et ea subscripsit

Visitando Cellas Magnam egestatem ubiq et plusquam religiosam invenit paupertatem. Sic p. ussime Sessionem et Visitationem finivit.

CONVENTUS VILNENSIS

Actum in Conventu Vilnensi

Anno ut supra die 13 Aprilis Rndmus Commissarius horis antemeridianis ad pulsum Campanae convocatis ad Communem Aulam Omnibus et Singulis Patribus et Fratribus praemisso hymno Veni Creator Spiritus. et orationibus de solito more absolutis instituit sessionem. In qua per me Secretarium Generalem et Notarium Actuarium fecit legi Instrumentum Eminentissimi Principis pro hac secunda sua Visitatione Emanatum. Quo lecto Rndmus Commissarius dixit quod licet habeat per Electionem sui et confirmationem sui Officii Jurisdictionem, Visitandi, Corrigendi et omnia secundum praescripta Sacrarum Constitutionum exercendi; tamen ut post tantos turbines facilius pacem in ordinem nostrum inducat. Ideo facultates has Eminentissimi Principis Dni Nri Clementissimi petijt sibi ac postulavit humillime sibi dari et indulgeri, quas ad praesens Adm. Rdis Patribus per me Notarium praesentavit

Deinde Brevem sermonem habuit in quo instruxit quo modo debeat Vita Religiosa inchoari servari ac deinde perfici, per processum de die in diem ad perfectiora: quo finito velle se solito more ad Actum praesentis Visitationis accedere; idq a Fonte omnium Bonorum, ac Datore omnium gratiarum Domino Deo, procedendo, ad videndum Sacratissimum Eucharistiae Sacramentum ad Ecclesiam descendit. Ibiq ~~post~~ celebrationem Sacrificij Missae vidit Sancta Sanctorum, quae munda ac honeste posita invenit. Post celebrationem Missae visit Olea Sacra et Fontem Baptismalem; ubi etiam Munditiem Omnimodam reperit. Reversus deniq ad Refectorium brevi habito sermone, de Vita religiosa Meditationibus exercenda, fructus qui sequuntur piis meditationes exposuit. Modum Meditationum ac ipsas Meditationes pro Informatione dari per se Rndmus Commissarius promisit: quarum in alijs extat Conventibus. Immediate ante solutionem sessionis Fratrem Paulum Zmarzlikowicz de notabili crapula increpavit, quam temporali et spirituali vitae nocivam esse dicendo pro poenitentia Fri Zmarzlikowicz deponere scapulare mandavit, quod ipse in humilitate executus et sic soluta in crastinum sessio.

Anno ut supra die 14ta Rndmus Commissarius horis antemeridianis ad pulsum Campanae convocatis secundum solitum morem ad Commune Refectorium Patribus praemissis praemittendis

140

in qua habuit sermonem ad Fr̃es breuem in quo hortatus est omnes et singu-
ut Ipsi suas culpas confiteant ex ea ratne qd Confessio Voluntaria sit salutifera, Ideoq iam ad se
ta sententia se cedendum declarauit ex ea ratne qd Mihi Secretario omnino tales occupa-
nes aduenerint, quarum medio debeo descendere ante festum S: Georgij Martyris ad disponendam
Viduam Domum meam qe modo requirit Contractum, qd sine presentia mea fieri quia n possum
Ideo Rndmus Commissarius iustae requisitioni meae annuens facultatem mihi impertiendo
ad secretas depositiones accedit. Inventoria autem etiam in presentia alterius assumpti Notarij posse
Videri esse fidei dixit. Itaq fulmen Excommunicationis in Constit. S. Ordis Conscriptum in omnes et
singulos iacit monendo eos et in Dno hortando quatenus postposito omni suo amoris odij
istij et timoris affectu tantum solum et Deum habendo pre oculis Veritatem deponant. Post
similem Excommunicatione elegit ad Vocandos Pr̃es Frem Chrysosthomum Zylinski Clericum
ac eundem assumpsit atq ad scrutinia secreta processit per sequentia

Interrogatoria

Imum Q: Officio Divino ~~et~~ curae animarum, et obligationibus competentis satisfaciat?
2dum Q: Damnum aliquod in bonis tam Ecclesiae quam Conventus n sit culpa cuiusquis causatum?
3tium Q: Pr Prepositus satisfaciat officio suo secundum Constitutiones ordis?
4tum Q: Pri Preposito ab omnibus obediatur?
5tum Q: n sit in aliquo licentia Viuendi aut scandalum commissum?
6tum Q: Sciant qd Pr Nizynski conatuerit semp: contra ordm procurando literas in Curia-
 cionis ante Comicialibus ex ratne Vetiti ambitus Infulae?
7mum Q: aliquid aliud n habeant ad deponendum aut conquerendum?

Quibus ita Conscriptis ad Celebrationem Missae Rndmus Commissarius iuit atq examen Patrum
et Fratrum ad horas pomeridianas reposuit Vocatis iterum ad pulsum campanae Patribus et Fra-
Soluta Sessio

Ano die ut supra Rndmus Commissarius Instituit horis pomeridianis Sessionem in qua Pr̃es
et Fr̃es secundum supra scripta Interrogatoria requisiti et Interrogati haec deposuerunt.

Imus Fr Chrysosthomus Zylinski Clericus ad Imum Interrog. rndit semp impleri officium
Divinum, respectu curae animarum omnem diligentiam haberi, quoad obligationes dixit semp eas impleri.
ad 2dum rndit audiui qd summae Capitales ex parte iam n sunt plenae, quoad Edificia autem qd ru-
na aliqua proxima sunt aliqua autem iam ruinant. quo ad Ecclesiasticam Suppellectilem rndit audisse
qd duas casulas ante festa Nativitatis Xti deperierint. ad 3tium rndit qd Pr Prepositus num-
quam solet adesse Vesperis Horis Canonicis et Matutino, ab aduentu suo nec semel celebrauit, in
Dnica Dni n celebrauit sed tamen Communicauit, in festo Paschatis similiter n celebrauit, du-
bus autem Prima et secunda audiuit Sacrificium Missae cantatum, causam scientiae dedit, quia vidi in
Choro; quoad tertiam autem diem nescit utrum audierit sacrum nec ne. ad 4tum rndit omnem exhiberi
obedientiam et reuerentiam Pri Preposito. ad 5tum rndit se nescire, causam scientiae dedit nec vidi
nec audiui. ad 6tum rndit n audisse se quidquam de Pre Nizynio. ad 7mum rndit nihil
se scire, nec habere aliquam querimoniam. Interrogatus à Rndmo utrum habeat aliquod desiderium? Respon-
dit. Necessaria non pero sao etiam qd licet ea postulauerim n obtineo. Interrogatus etiam
utrum n habeat aliquod desiderium proprium Rndit supplicando Rndmum ut ordinibus sacris de li-
centia Rndmi possit initiari et tantum deposuit cui impositum silentium. Fr Chrysostomus Zylins-
ski mp

